





EX*LIBRIS

— WOJEWÓDZKIEJ —

— I MIEJSKIEJ —

— BIBLIOTEKI —

— PUBLICZNEJ —

IM. EMANUELA SMÓŁKI

— W OPOLU —

De
studio juris Polonici.

Dissertatio.

Auctore

Johanne Vincentio Bandtke,

Jurisprudentiae Candidato.

Vratislaviae MDCCCVI.

sumtibus bibliopolae Johannis Friderici Kornii.



34

Banal

De stud

~~51464~~

193 5

34

ZBIORY SLASKIE

Comiti
Guilielmo Henrico
de Dankelmann

Praesidi Regiae Curiae Supremae Varsaviensis

Augusto Guilielmo Hoyoll

Directori Curiae ejusdem,

Duumviris

meritis in rempublicam, dignitate

et

omni virtutis laude conspicuis

studiorum suorum primitias,

qua par est pietate,

offert

Magnorum Nominum

devotissimus cultor.

Absolutis juris studiis theoreticis ad praeceos initia, ad altiora Themidis templi limina progressurus ad VOS, VIRI CONSULTISSIMI, GENERE ET DIGNITATE ET ERUDITIONE PRAECLARISSIMI, me confero, qui sub VESTRIS auspiciis non solum ad limina, sed ad ima penetralia Deae illius perventurum me esse confido

Benigno vultu accipiat, rogo, studiorum meorum primitias, quas VOBIS illa spe fretus offerre ausus sum

VESTRORUM NOMINUM ILLUSTRISSIMORUM

Varsaviae Idibus

Junii MDCCCVI,

observantissimus cultor

Joannes Vincentius Bandtke
Lublinensis.

Prooemium.

Per biennium, quo in academia Fridericiana Halae Saxonum munere praeceptoris linguae Polonicae fungebar, persaepe juvenes me studiis jurisprudentiae operam navantes adibant, qui cum de jure Polonico me interrogarent, tum de ratione modoque illud perdiscendi instituendo, de subsidiis ad ejus studium necessariis consulerent, ex quorum consultatione, quia maximam percipiebam voluptatem, procura atque industria juris hujus cognoscendi optimo jure laudanda, publice gratias iisdem agere, meum esse censeo.

Quare, in patriam rediturus, *haud ingratum* opus me suscepturum esse spero, si pauca de jure Polonorum, de modo illud perdiscendi facili et congruo, de praecipuis subsidiis ad studium hujus juris necessariis hac dissertatione comprehensa, quatenus primo studio his, qui in Polonia munera obire cogitent, inservire possint, protulerim: *an vero operae pretium facturus sim*, si de studio juris scripserim, quod multis forsitan, tanquam jam dudum anti-

antiquatum, inutile esse videatur, ipse dicere non audeo, sed Viri Doctissimi, summa veneratione a me colendi testimonio fretus, verba ipsius fronti libelli imponere malo:

„Polen ist zwar aus der Reihe selbstständiger Staaten verschwunden, aber die alte Staats- und Rechts-Verfassung sind noch für uns von der äußersten Wichtigkeit.“⁽¹⁾

Utinam serius ocus multi benignius de Polonis judicarent! Utinam plane et memoria temporum tandem euanesceret, quibus multi errore abrepti, Polonos gentem barbaram esse credebant, qui nec litteras amare nec ullas colere disciplinas scirent. Longum esset, nec sine taedio, multa hujusmodi errorum exempla adferre, sufficiat tantum unum viri prae caeteris doctissimi, de Polonicae historiae parte antiquissima meritissimi, quod huc describere vix audeo. Legitur illud in libro, cui est titulus: WeltGeschichte nach ihren HauptTheilen im Auszug und Zusammenhange von August Ludwig Schlözer, etc. Göttingen T. I. 1792. T. II. 1801. p. 329. „Dieses Kaisertum (China.) ist jetzt, ohne die zinsbaren Länder, wenigstens 6mal so groß, wie

„wie Deutschland, und soll über 100 Mill. Einwohner haben, ist folglich das größte —, aber auch, da ihm Klima, Sitten, Religion, Schrift, und unmenschlicher Despotism, den Gebrauch seiner ungeheuren Kräfte, die es doch wirklich besitzt, verwerren — zugleich, bei allem äußern Anschein von Cultur, das dümmste Reich in Asien, wie weyl. Polen⁽²⁾ von Europa war.“

Sane hujusmodi dicta non excitant Polonorum amorem, sed odium foveant! Non deerat multorum imitatorum servum pecus, qui, tanti viri testimonio freti, sine ulla notitia linguae Polonicae, sine ulla scientia morum et litteraturae hujus gentis eandem calumniis et conviciis consecrari minime erubescerent.

Bröcker, Jekel, Kauffus infra laudandi, et alii hos errores jamjam quodammodo expellere ac contrarium evincere studuerunt. Utinam multi horum exempla sequerentur!

Et nova fictaque nuper habebunt verba fidem. —

Antequam opus rei aggrediar, liceat lectorem benevolum admonere, sub voce juris Polonici me non intelligere, jus Polonice Ante-

(1) Einleitung in das gesammte positive Recht und in das deutsche Recht ins besondere von Dabelow. (Halle 1803. in 8.) p. 44.

(2) Quam vocem Polen, ipse injuriam sentiens, in nova libri hujus editione, interpositis stellulis, omisit.

lonicum locationis villarum et oppidorum, quod vulgo legitur in privilegiis, oppositum juri Teutonico, interdum Magdeburgensi municipali (3), sed jus Polonicum latiori sensu juri Germanico, Borussico et sic porro oppositum. Quid enim velit illa strictior juris Polonici significatio, huc minus pertinere videtur, quam ad historiam medii aevi, et, ut ita dicam, ita se habet ad jus hodiernum, ut jura coloniarum Gallicarum in Borussorum regno vel alibi ad jus indigenarum.

Quibus praemissis ad metam propositam tendere nil me moratur.

In tres partes tota dissertatio commodè dividi potest, quarum prima juris Polonici seu fontium ejusdem brevem continet historiam, secunda regulas proponit, secundum quas studium hujus juris institui possit et debeat, tertia denique subsidia ad hoc studium imprimis necessaria indicat.

3) cf. Naruszewicz Hist. Nar. Polsk. T. VI. p. 201 seqq. in not.

Caput primum.

De jure Polonico seu de fontibus juris Polonici.

§. I.

Etsi, mutata regiminis forma, jus Polonicum plane lege expressa abrogatum fuisset, nihilominus studium ejusdem ad perfectam gentis Polonicae atque ejus morum cognitionem maximi his esset momenti, qui in Polonia vitam agunt, qui vera fictis et falsis praeferunt; eo majoris iis debet esse momenti, qui ibidem munera obire cogitent, cum retentum, non abrogatum sit, hoc solo discrimine facto, quod ex jure communi universali totius regni factum est jus provinciale, obtinet enim et habet veterem vigorem non solum in parte Poloniae ditioni Russorum subiecta, sed et in parte, quae regimini Germanorum subest. Quod attinet agnitionem hujus juris

ris in provinciis Poloniae, quae Regi Borussorum parent, de hac, praemissa primum juris seu fontium ejusdem succincta historia, commode tractari potest.

§. II.

Haud injuste Casimirus Magnus Poloniae Lycurgus vel Solon nominatur, quamvis neminem, in historia Polonorum vel leviter versatum, fugere possit, jam ante ejus tempora leges conditas fuisse, quarum memoriam historici nobis tradidere. (4) Joannes Laski, cancellarius regni, et paulo post archiepiscopus Gnesnensis et primas refert in praefatione statuti, se, inspectis et diligenter perscrutatis scriptis in archivo Cracoviensi depositis, veterrimam reperisse legem Boleslai fortis (chrobry.) temporibus, circa annum circiter millesimum vel paulo post, latam, totiusque Poloniae approbatione stabilitam, qua lege militibus seu nobilibus Polonis praecepit, ut ante procursum ad quodcunque proelium hymnum a S. Adalberto, archiepiscopo Gnesnensi, ut fertur, compositum, qui his incipit verbis: *Boga Rodzica Dziewica*, (Dei genitrix) omnes et quicumque clara voce canerent. (5)

Alte-

4) Ditmarus episcopus Merseburgensis; Cosmas Pragensis et alii. — cf. praefatio in Vol. leg. I §. 1. seqq.

5) Praef. ad Vol. leg. I. §. 3. et in fine ej. ubi totum canticum legitur, cf. Sarbierii Poemata I. IV. 24.

Altera lex scripta, quae nostris adhuc temporibus exstat, est privilegium Judaeis a Boleslao, Duce Calissiensi anno 1264. collatum, a Casimiro Magno 1347, et ab Alexandro rege 1505 confirmatum. (6) Praeter has duas leges scriptas nullae ad nostra conservatae sunt tempora. Sunt, qui Casimiro justo (sprawiedliwy.) multas leges tribuant, sed et harum fortasse memoria ad nos non pervenisset, nisi Casimirus Magnus eas confirmans nominasset.

§. III.

Praeter illas ergo commemoratas leges, antiquiores legibus a Casimiro Magno latis non novimus, sed multas tempus edax rerum et ex his, quae posterioribus temporibus latae erant, delevit, quarum promulgationem historia tradit. (7) Nulla tamen solida ratione a multis asseritur: Casimirum Magnum primas scriptas leges tulisse; ab aliis enim longe melius memoratur, illum leges veteres emendasse, collegisse, novisque solum auxisse, seu consuetudines moresque majorum in scripturam redegissee.

§. IV.

A Casimiri Magni igitur temporibus, et quidem ab anno 1347 incipit certitudo juris

6) Vol. leg. I. fol. 309.

7) Praef. Vol. leg. I. §. 4.

scripti, qui rex anno illo in conventu cum optimatibus et primoribus regni totius Visliciae habitato, atque inde Vislicensi dicto, multas leges utiles Poloniae dedit, quae latine scriptae, *statuta* vocantur.

§. V.

Regnante Sigismundo Augusto ab anno 1550 sermone Polonico leges concipiebantur nomenque ex eo tempore, amisso illo statutorum, constitutionum habent; differunt inter se lingua, nam *statuta* latina, *constitutiones* vero lingua Polonica scriptae sunt, differunt aetate, nam illa ab anno 1347. ad annum 1547. condita, hae ab anno 1550. ad nostram usque memoriam latae sunt, differunt denique modo, quo sunt prolata, *statuta* enim reges solos habent auctores, *constitutiones* vero, a tribus ordinibus in comitiis generalibus congregatis, communi consensu et nemine contradicente statuebantur. (8)

§. VI.

Translata in Poloniam ex Germania arte typographica statim *statuta* Casimiri Magni cum legibus posterioribus successorum ejus collecta et impressa sunt, cujus codicis exemplar in bibliotheca

8) cf. Jekel Diss. jurid. p. 81. not. a. et alijs ibidem laudatos scriptores.

theca Cracoviensi, ut Coxe asserit, exstat. Incertum est, quo anno hic codex editus fuerit, sed certo ante annum 1496, quia leges, regnante Joanne Alberto, illo anno latas non continet. Formam hujus codicis externam describit supra commemoratus Coxe (9) et Bröcker. (10) Ut verò doctissimus refert Czacki duae sunt *statuta* hujus editiones variae, quarum auctorem, annum, diem, et consulem ignoramus, docet simul, non in Polonia, sed in aliqua Germaniae urbe primum leges illas Polonorum impressas fuisse. (11) An igitur ille in paragrapho descriptus codex prioris sit editionis, an in Polonia aut in Germania prodierit, ego decidere nescio — relata autem refero. Majorem merito tamen fidem Polonorum doctissimo tribuere possumus, quam ulli peregrino.

§. VII.

Leges Casimiri Magni de variis tractant materiis, non excedunt numerum CLI. et sine ordine et nexu sunt conscriptae. Maxima ex parte spectant jus privatum seu civile, ut successorum ejus magis magisque indies jus tantum publicum seu singulare nobilium. Haud inutile fore,

9) Reise durch Pohlen. Rußland, etc. T. I. p. 106.

10) Beytraege zur Kenntniß des pohl. Rechts. p. 4.

11) Czacki o Litew. i Polsk. Prawach, etc. T. I. p. 30.

fore reor, si unam alteramve huc ex statutis Casimiri addiderim, ut eo melius simplicitas et indoles earum perspici posset.

A.

„De Jure, (de fure?) utrum debeat insequi
„per vicinos villanos aut non.“

„Nagoth deposuit querelam contra suos vicinos, quod cum equus tempore nocturno fuisset sibi subtractus, idem Nagoth cum instantia requisivit, et petiit suos vicinos villanos, ut per vestigia eundem furem sequi velint, si bique esse auxilio, quo a fure suum equum habere posset, villani vero furem insequi recusarunt et ita Nagoth praedictum furem cum equo amisit, Nos itaque in tali casu declaramus, villanos ad solvendum equum praedicto Nagoth condemnandos.“ (12)

B.

„De ludo taxillorum.“

„Ut noxius ludus taxillorum abiiciatur,
„per quem ut saepius justis Patres propter filiorum

(12) Vol. I. fol. 23. — Trębicki I. p. 431. Nr. I.

rum excessum, de bonis eorum pelluntur et absque ipsorum demeritis ad minimam deducuntur paupertatem, statuimus, ut si filius quisque utrisque parentibus vivis et sanis ludamiserit aliquam pecuniae quantitatem, praedicti ludentis Parentes non tenebuntur ipsi victori pro ipsorum filiis vel filio ad pecuniae perlusae satisfactionem: idem dicimus de Judaeis, si mutuarent pecuniam tali filio, superstitibus dicti filii Parentibus et sanis, quod videlicet ejus Parentes non teneantur de mutuo, nec aliquo modo compelli debeant, nec possunt, sic etiam dicimus de omni contractu inito cum filiofamilias, qui non valet, cum sit in paterna potestate constitutus (juveturque Senatusconsulto Macedoniano), propter quod non habet alicujus rei dominium, sed aliquam possessionis traditionem.“ (13)

§. VIII.

Joannes Laski, de quo jam §. II. mentionem feci, jussu Alexandri regis primus ab anno 1347. ad annum 1505. statuta regni collegit, (14) secutus temporum ordinem, foederibus, quae

(13) Vol. I. fol. 31. — Trębicki I. p. 250. Nr. I. tit. Gry.

(14) Lengn. jus publ. I. p. 4. Skrzetuski I. p. 6. Brö-
I. c. p. 5. Samuelis Joachimi Hoppii de scriptoribus
historiae Polonicae schediasma literarium etc. in edit.
Lips. Dlugossi hist. Polon. §. XLII.

quae cum Lituaniis ac Prussis inita erant, jure civili Magdeburgensi et feudali, consuetudinibus terrae Cracoviensis, ac Raymundi Parthenopaei utriusque juris summa additis, quae, ut Bröcker asserit, sub hoc titulo edidit:

Statuta Regni Poloniae mandato Serenissimi Alexandri Poloniae Regis.

Quae Lasconis editio a Bröckero descripta forsitan est posterior, quod et leges Sigismundi I. ad a. 1538. eidem annexae probant; ut Wyrwicz enim refert, hunc titulum ei auctor dedit: (15)

Commune inclity Regni Poloniae privilegium Constitutionum et Indultuum.

Cracov. 1506. in fol.

inseruitque eidem libros duos juris civilis Magdeburgensis et provincialis Saxonici cum tertio libro juris feudalis.

§. IX.

Secuta seorsum statuta regnante Sigismundo I. lata, una cum processus judicarii formula, quorum collector editorque ignoratur. Prodierunt Cracoviae 1524., iterum, sed aucta. Zamoscii 1602. in fol. (16) ut Wyrwicz refert a

1562.

15) Geografia powszechna, etc. w. Warsz. 1773. in 8. p. 696. cui et Hoppius assentit §. XLII not. 1. — cf. Skrzetuski II. p. 99. not. y. Czacki I. c. p. 31. seqq.

16) Legn. I. p. 5. Skrzet. I. p. 6.

1562. Zamoscii. (17) Regnante eodem rege de novo leges in codicem redactae et collectae a non nullis ad codicem conficiendum publica auctoritate designatis, anno 1532. sub hoc titulo prodierunt:

Statuta inclity Regni Poloniae recens recognita et emendata.

Quod opus rarissimum sanctione publica non confirmatum, nullam in foro obtinuit auctoritatem: (18)

§. X.

Ex his codicibus suum composuit latina lingua opus Jacobus Prilusius, (Przyłuski.) castrensis Praemisiensis et terrestris Cracov. districtus notarius atque aedilis, additis, quae post annum 1538. ad annum 1550. constituta sunt, secutus ordinem juris Romani, ac totum opus in personas res atque actiones partitum, sub hoc titulo edidit:

Jus seu statuta et privilegia Regni Poloniae methodice digesta. Cracov.

1553. in fol. (19)

Habemus et aliud opus a Prilusio, quod est epitome supra commemorati et eundem habet titulum.

§. XI.

17) I. c. p. 696.

18) Czacki I. c. p. 32. seqq.

19) Legn. I. p. 5. Skrzet. I. p. 6. Bröcker p. 5. 6. Czacki I. c. p. 73. Hoppius I. c.

§. XI.

Exigente publica utilitate, ut statuta Polonice conscriberentur, regnante Sigismundo Augusto, in comitiis anno 1563 et 1564 id negotii Joanni Herburto de Fulsztin regis secretario, post castellano Sanocensi et capitaneo Premisliensi ac regni Polonici senatori, et duobus aliis datum, ut statuta Prilussii Polonice verterent, quod opus solus tamen Herburtus perfecit, et, in tres libros divisum, inscripsit:

Statuta y przywileie koronne z Łacińskiego języka na polski przelożone, nowym porządkiem zebrane y spisane. Cracoviae 1570. in fol.

quorum liber primus tractat de personis, secundus de judiciis, tertius de privilegiis. Eidem debemus praeter hanc memoratam, duplicem editionem latinam, quarum prior Prilussii distributionem in personas, res et actiones servans Zamoscii 1557. in fol. prodiit, posterior ordine alphabetico usque ad annum 1563. statuta exhibens Cracoviae 1563. 67. 70. et 1600. (20) impressa, tum Zamoscii 1597. et Gedani 1620. 1693. (21) et denique Lublini 1756. est repetita. (22) Paratitla statuti hujus cum applicatione

ne constit. novell. in usum fori controversi edita, praxique juris terrestres accomodata, auctore Gregorio Czaradzki ICto., impressa sunt Posnaniae 1620. 12. typis J. Rossowski. (23)

§. XII.

Sunt et alii statutorum et constitutionum compilatores, quos paucis indicare sufficiat: (24)

Stanislaus Sarnicki, tribunus (Woyski) Crasnostaviensis Polonica lingua usque ad annum 1594. statuta et tabularia privilegiorum regni collecta exhibuit:

Statuta i metryka przywileiow koronnych w Krakowie 1594. in fol. (25)

Joannes Januszowski, archidiaconus Sandeensis polonice et latine usque ad annum 1600. librum constitutionum, addito *de privilegiis Regni et interregnis* tractatu, edidit, cui est titulus:

Statuta, prawa i konstytucye koronne łacińskie i polskie w. Krak. 1600. in fol. 26)

Integrarum constitutionum, statutorum et privilegiorum, ut ex singulis prodierunt comitiis,

20) Hoppius §. XLII.

21) Hoppius l. c. Not. 3. Lengn. l. p. 4. 5. Skrzet. l. p. 6. Bröck. p. 6. 7.

22) Wyrwicz l. c. p. 697.

23) Hoppius l. c.

24) Lengn. l. p. 5. Skrzet. l. p. 6. Bröck. l. c. p. 7. seqq.

25) Wyrwicz p. 69-t Cracki l. c. p. 41.

26) Wyrwicz l. c. Cracki l. c. p. 40. Hoppius §. XLII.

tiis, ab anno 1550. usque ad annum 1637. Polonica lingua latorum collectionem debemus Andreae Petricovio (Petrykowski) J. V. D. et typographo regio, Cracoviae cum privilegio Vladislai IV. a. 1637. in fol. editam, et quidem ab anno 1550. usque ad annum 1609. uno volumine inclusas, serie paginarum continua exhibuit, constitutiones vero ab anno 1611 ad annum 1637. promulgatas alio volumine junxit, sed non una paginarum serie, cum singulis constitutionibus suis sit numerus, quarum omnium constitutionum ab anno 1550 ad annum 1635. index priori volumini est praepositus. 27) Ejusdem studio sequentium annorum constitutiones usque ad annum 1643. seorsim Cracoviae editae fuerunt.

Constitutionum, quae, scepra tenente Augusto, latae fuerunt, aliae, teste Hoppio l. c., anno 1697. Cracoviae per typographum regium Nicol. Schedel, scabinum urb. Cracov., aliae de anno 1699. Varsav. typis collegii Scholar. piar.; denique novissimae aliae Lublini 1703. e typographia collegii S. J. prodierunt.

Stanislai Cozuchovii (Kozuchowski) volumen legum, quod lingua vernacula constitutiones ab anno 1550. ad annum 1726. exhibet, non est silentio praetereundum, in quo ordine alpha-

27) Lengn. I. p. 6. Hoppius §. XLII.

alphabetico statuta et constitutiones sunt digesta. Quod opus in comitiis dicto anno 1726. commendatum, ibique nonnullis ex ordine senatorio atque equestri id negotii datum erat, ut eodem inspecto et perscrutato ad comitia futura referrent, an publico scito ut codex juris Polonici confirmari mereretur, quae tamen publica sanctio non est insecuta, cum opus hoc interea regio privilegio munitum typis auctoris in ejus praedio Mokrzek, anno 1732. in fol. sub hoc titulo imprimeretur: 28)

Constytucye, statuta y przywileie koronne y W. X. Lit. na walnych seymach od R. P. 1550. aż do R. 1726. uchwalone, ad ideam Herburti zebrane et ad ordinem alphabeti przez urodzonego Stanisława z Kozuchowa Kozuchowskiego, Czesnika ziemi Wieluńskiej dla łatwiejszego znalezienia, demptis ad tempus laudatis, aut in particulari cuivis servantib. Constitutionib. cum consensu Naiasń. Majestatu J. K. M. Augusta II. y wszystkich stanow Rzplitey ułożone.

§. XIII.

Omnes hucusque laudati totas et integras

28) Lengn. I. p. 3. Skrzet I. p. 3.

gras constitutiones et statuta collegerunt, alii epitomas seu summaria composuerunt, alii denique promptuaria, quae et inventaria dicuntur, paraverunt, 29) quos nunc paucis perlustrare juvat:

Paulus Szczerbicius (Szczerbic), syndicus civit. Leopoli, postea in numerum secretariorum regis Sigismundi III. cooptatus, latine scripsit:

Promptuarium statutorum omnium et Constitutionum Regni Poloniae.

Cujus opus excerpta legum ad annum 1603 latarum continet, et primum Brunsbergae 1604. in fol. prodiit.

Idem et jus Saxonicum seu Magdeburgicum, ordine alphabetico dispositum, vulgavit sub titulo: 30]

Speculum Saxonum Leop. 1581.

Theodorus Zawadzki, ex familia Rogala, eques Polonus, brevem collectionem jurium, statutorum et constitutionum usque ad annum 1613. lingua vernacula adornavit, quod opus Cracov. 1614. in fol. lucem adspexit. 31]

Albertus (Woyciech.) Madaliński edidit lingua Polonica Leopoli. 1630. 32] iterum Varsav. 1632. in fol. impressum repertorium consti-

constitutionum ab anno 1550. ad annum 1620. 33] ut Legnich et Skrzetuski refert, ad annum 1632. latarum: *Inwentarz Konstytucyi Koronnych.* 34]

Joannes Dziegielowski continuavit hunc indicem eodem sermone in nova editione ad annum 1643, quae Varsav. 1644. in fol. prodiit.

Marciani Ladovii (Ładowski) ab anno 1550 ad annum 1683. collectum repertorium, (prodiit Varsav. 1685. fol.) ab episcopo Kiioviensi Andrea Josepho Żaluscio (Żaluski) in annum 1726. continuatum titulum hunc habet:

Inwentarz Konstytucyi Koronnych przez Mac. Marc. Ładowskiego y przez Jos. Iędrzeia Żaluskiego skorygowany, etc. w Lipsku 1733. in fol. 35]

quae editio posterior a Casimiro Żeglicki, clerico Scholar. piar. in annum 1736, continuata Varsaviae 1754. in fol. prodiit. Plura de hoc inventario §. XVI. tradit.

Augustinus Kołodzki judex terrestris Junivladislaviensis alium indicem composuit sub titulo:

Prom-

29) Skrzet. I. p. 7. in fine. Bröck. p. 7. Hoppius §. XLIII.

30) Wyrwicz p. 697. Skrzet. II. p. 100. not.

31) Czacki I. c. p. 41. not. 235. Hoppius I. c.

32) Hoppius §. XLIII. not. I.

33) Bröcker I. c.

34) T. I. p. 8. et Hoppius I. c.

35) Lengn. I. p. 7. Skrzet. I. p. 3. Bröck. p. 9.

*Promptuarium legum et constitutionum Regn. Polon. et M. D. Lithuaniae. Posnaniae 1697. in fol.*³⁶⁾

His addendus est Matthias Gliszczyński, qui indicem edidit alphabeticum sub titulo:

Compendium legum ex statuto et constitutionibus Regni Poloniae ad annum 1736. excerptum. in 4to. 37]

§. XIV.

Ex tot variis collectionibus et compilationibus hucusque traditis statutorum et constitutionum privato maxima ex parte studio confectis, nulla erat publico scito sancita, nulla nec obtinuit nec obtinet codicis comprobati auctoritatem, nullaque in foro habebat vim legum auctoritate publica collectarum, nisi quae ex descriptione diligenti atque accurata earum iisdem ipso jure obveniebat.

§. XV.

Opus vero omnium perfectissimum summo studio et maxima cura confectum Collegium Varsaviense Scholarum Piarum Varsaviae edidit, de quo pauca commemorare restat. Quod opus, quia

³⁶⁾ Legn. I. p. 8. Skrzet. et Bröck. I. c. Hoppius I. c. refert, prodiisse hoc opus 1695. B. Gryphius autem in not. 2. in Hoppio laudatus annum 1697. indicat.

³⁷⁾ Bröcker I. c. p. 10.

quia omnia fere^{38]} statuta et constitutiones continet, hac ex causa usu longo ubique in judiciis obtinuit codicis quasi publica sanctione comprobati vigorem et auctoritatem, et tota fere in Polonia sub nomine *Voluminum legum* erat receptum. Totum opus ex VIII. voluminibus compositum laudabili studio imprimis Stanislai Konarski est incoeptum, quorum sex priora ab anno 1732 ad annum 1739 edita sunt.

Volumen primum hunc habet titulum:

Leges, Statuta, Constitutiones, Privilegia Regni Poloniae, M. D. Lithuaniae, omniumque provinciarum a comitiis Visliciae a. 1347. celebratis, usque ad ultima Regni comitia. 1732. in fol.

quod omnia statuta ab anno 1347 ad annum 1547 latina lingua concepta continet.

Titulus voluminis secundi et sequentium est:

Prawa, Konstytucye y Przywileie Królestwa Polskiego y W. X. Litewskiego y wszystkich Prowincyi należących: na walnych seymiech koronnych od seymu Wiślickiego R. P. 1347. aż do ostatniego seymu uchwalone. 1733. in fol.

Hoc

³⁸⁾ cf. si liber, Lengnich (ed. alt.) T. I. §. VIII. p. 7.

Hoc volumen continet constitutiones lingua Polonica ab anno 1550 ad annum 1609 latas.

Volumen tertium continet constitutiones seu acta reipublicae ab anno 1600 ad annum 1640, prodiit 1735.

Volumen quartum ab anno 1641 ad annum 1668. continuatum, impressum est 1737.

Volumen quintum ab anno 1669 ad annum 1697 pertextum, editum est 1738.

Volumen sextum ab anno 1697 ad annum 1736 exhibet acta reipublicae, prodiit 1739.

Com ab anno 1736 ad annum 1764 nulla essent comitia, quae non fuerint rupta, nullae ergo leges illis temporibus latae sunt.

Volumen septimum anno 1782 editum, tradit constitutiones ab anno 1764 ad annum 1768 latas.

Volumen denique octavum eodem anno impressum, continet constitutiones ab anno 1775 ad annum 1780 promulgatas.

Quae leges post annum 1780 latae sunt, hae quolibet biennio prodierunt in publicum sub titulo legum comitiis ordinariis 1782 1784 1786. latorum. Comitiorum ultimorum Var-saviensium aequae ac comitiorum Grodnensium leges etiam publici juris factae sunt voluminibus peculiaribus, quae non sunt negligenda, quamvis magnae legum illarum parti defuerit effectus ob causas, quas quilibet noverit. 39]

In

39) cf. Bröcker-I. c. p. 12.

In praefatione Stanislai Kornarscii volumini primo praemissa multa de potestate legislativa, de legislatione, de promulgatione, de vi perlatarum legum exponuntur. Quae ibidem contra veritatem historicam occurrunt, jam Naruszewicz notavit. 40]

§. XVI.

Prioribus sex voluminibus repertorium Var-saviae anno 1754 in fol. editum, cujus jam in §. XIII. mentionem feci, inservire potest:

Inwentarz nowy Praw, Statutów, Konstytucyi Koronnych y W. X. Lit. znaydujących się w VI. tomach Vol. legum, niegdyś przez Macieja Mar-cyana Ładowskiego od R. 155. do 1683, potym przez J. W. IMci X. Jozefa Andr. Załuskiego Referendarza koronnego z przydatkiem opuszczonych artykułów aż do R. 1726. pracowicie y chwalebnie zebrany, a teraz przez X. Arnolfa Kazimierza Żeglickiego Schol. Piar. do R. 1736. z zebraniem statutu kontynuowany, nową kart liczbą ułatwiony y wcale dokończony R. p. 1754.

Anno

Anno 1789. Theod. Waga clericus Scholarum Piarum novam auctam et correctam hujus repertorii vulgavit editionem. 41]

Ad duo posteriora volumina, ad septimum et octavum, Theod. Ostrowski composuit repertorium sub titulo: 42]

Inwentarz nowy Praw, Traktatow y Konstytuoyi Koronnych y W. X. Lit. w czasie bezkrolewia R. 1764 y za panowania Nayaśn. Stanisława Augusta do R. 1780 uchwalonych na wzór Inwentarza dawniejszego ułożony w Warsz. 1782. in fol.

Quae duo repertoria, quae unum quasi librum efficiunt, cuique ICTo pergrata esse debent.

Anno 1785 prodiit Varsaviae:

Suplement do Inwentarza Nowego Praw od R. 1764. uchwalonych: z seymów Warszawskiego w R. 1782. y Grodzieńskiego w R. 1784. ułożony. in fol. (XVI continet paginas seu folia.)

Legum ab anno 1764 ad annum 1780 promulgatarum prodiit epitome sub titulo:

Summaryusz praw y Konstytucyi seymowych

41) De vita Theod. Waga cf. Nowy pamiętnik Warsz. R. 1803. No. 27. p. 339.

42] De quo auctore vid. ibid.

mowych od R. 1764. do R. 1780. w materyach skarbowych i o sądach kommissyow skarbu Oboygą Narodow ustanowionych przez Michała Bernowicza, etc. zebrany. w Grodnie. 1782. in 8.

§. XIX.

Ultimum opus ad fontes juris Polonici pertinens, quod totam, ut titulus fert, comprehendit legislationem Polonicam, est:

Prawo polityczne i cywilne Korony Polskiej y W. X. Litew., to iest: Nowy Zbiór praw oboygą narodów od R. 1347. aż do teraźniejszych czasów w Warsz. w drukarni Piotra Dufour, etc. T. I. 1789. T. II. 1791. fol.

§. XX.

Opus hoc, cujus auctor est Trębicki, ne finitum quidem 43), atque ut ipse fatetur, mancum et imperfectum

- 43) „Dzieło to miało się składać z trzech tomów — lecz liczność ustaw dzisiejszego Seymu powiększa go czwartym — „Skoro tylko ukończona zostanie Forma „Rządu, wydzie Tom trzeci, oraz z Inwentarzem, iak naydokładnieyszuzim. W „Tomie czwartym zamknięte będą wszystkie Prawa Litewskie aż do naypóźniejszych.“ in praef. ad Tom. II.

fectum 44), ideo iis maximi debet esse momenti, qui in Borussia meridionali et novo — orientali munera obire cogitant, quod publica lege in his provinciis de dato 28. Martii 1794. §. 4. et de dato 30. Aprilis 1797. §. 16. ut jus provinciale est sancitum et agnitum 45).

§. XXI.

Nihilominus volumina legum studio Patrum Scholarum Piarum edita, opus omnium perfectissimum, habent veterem legum vigorem, retinebuntque eum in his commemoratis provinciis tamdiu, donec codex legum provincialis componatur. Appono argumenta meae opinionis, ut veritas aut falsitas ejus, falli me non putaverim, cuique statim appareat. Cum primum multae constitutiones in Trebicii libris non integrae sint receptae, sed tantum fragmenta earum e voluminibus excerpta, aliae vero plane sint omissae, semper, si illas recte intelligere et eorum sensum perspicere, has vero non ignorare cupiemus, ad volumina, ex quo fonte emanarunt, erit nobis recurrendum.

Tum clara verba legis meae adjuvant sententiam 46).

„Wenn

44) Brück. I. c. p. 17.

45) Brück. I. c. p. 17. et 112.

46) Patent wegen der Gesetze und Rechte, welche in der Provinz Neu-Ostpreussen gelten und beobachtet werden sollen. (De dato Berlin 30. April 1797.) §. 16.

„Wenn das angeführte Gesetz in der zu Warschau im J. 1789 herausgegebenen Trembickischen Sammlung enthalten ist, so hat der Allegant die Vermuthung für sich, in sofern nicht der Gegentheil nachweisen kann, entweder daß die angeführte Constitution nicht für den District, von welchem die Rede ist, ergangen, oder daselbst nicht recipirt worden sey, oder daß die Vorschriften desselben durch ein neueres Gesetz wieder aufgehoben worden.“

„Ist aber das angeführte Gesetz in der Trembickischen Sammlung nicht enthalten, so muß der Allegant besonders nachweisen, daß selbiges entweder in einer andern, unter öffentlicher Autorität veranstalteten, oder durch den allgemeinen Gerichtsbrauch sanctionirten Sammlung enthalten, oder überhaupt, daß es von der damaligen gesetzgebenden Macht verfassungsmäßig gegeben, und in dem Districte, wovon die Rede ist, gehörig promulgirt und angenommen worden, wo jedoch auch in diesem Falle dem Gegentheile der Nachweis, daß dieses derogirt worden, gleichmäßig vorbehalten bleibt.“

§. XXII.

Traditis et enumeratis fontibus juris communis

Legem ejusdem tenoris et in Borussia meridionali promulgatam esse, docet Brück. I. c. p. 112.

munis totius Regni Poloniae, progrediamur ad jura particularia seu provincialia, inter quae jus Lithuanicum, primum merito tenet locum.

§. XXIII.

Magnus Ducatus Lithuaniae proprium particularem habet codicem juris, cujus sunt variae editiones, quarum prima regnante Sigismundo I. anno 1529 47) lingua Russica prodit. Auctor hujus codicis, qui, ut posteriores, Statutum vocatur, est Gastoldus, Cancellarius. Regnante Sigismundo Augusto anno 1564. secunda Statuti, multis additamentis ex jure Romano, et aliis juribus desumptis aucta, ab ipsis civibus M. D. Lithuaniae comparata est editio, quae privilegiis Bielsci ac Vilnae editis, publicam obtinuit auctoritatem. Cum vero annis 1568 et 1569. editio nova, correctae et auctae desideraretur, nonnullis ad id designatis negotium hoc commissum est, quod vero statutum correctum, demum regnante Sigismundo III. 1588 die 30. Januarii est publicatum. Quoad sermonem, editio secunda lingua Polonica, editio tertia vero lingua Russica est concepta, quam Leo Sapieha ex Russico in Polonicum sermonem vertit, quo evenit, ut multi eundem auctorem statuti esse putarent, in quo errore et Bröcker versatus est 48). Auctores tertiae editionis statuti

47) Statut nowy Rozd. I. art. 13. cf. Cracki I. c. p. 47. seqq.

48) In opere saepe laudato p. 18. cf. Bzacki I. c. p. 4. 48. 49.

statuti modo descripti ignorantur, exceptis his, quibus id negotii publica lege erat datum. Czacki in opere infra §. LXIII. indicato multa egregia de tribus statutis Lithuaniae priori utroque et tertio Russico typis non mandatis disseruit. Sapiehae versio statuti Polonica saepe est repetita, editio ultima prodit Vilnae 1786. fol. sub titulo:

Statut Wielkiego Xięstwa Litewskiego naprzód za Nayiasnieyszego Hospodara Zygmunta III w Krak. w R. 1588, drugi raz w Wilnie w R. 1619 z pokazaniem zgody i różnice Statutów Koronnych i W. L., trzeci raz za Nayiasń. Władysława IV. w Warsz., w R. 1648. z przydaniem Konstytucyi od R. 1550 do 1647., czwarty raz za Nayiasń. Jana III. w Wilnie w R. 1698, z przyłożeniem pod Artykuły Konstytucyi Seymowych od Seymu R. 1550. aż do Seymu R. 1690. Obojga Narodom służących, (Textu samego w niwczym nie naruszając.) piąty raz za Nayiasń. Króla Stanisława Augusta, szczęśliwie nam panującego, powtórnie z przydatkiem Summaryszów, Praw i Konsytucyi od R. 1764. do R. 1786. przedrukowany.

Qui dispositionem materiarum, formamque inter-

internam statuti hujus cognoscere vult, evolvat Bröckerum 49).

Repertorium legum Lithuanicarum prodiit Varsaviae 1783 sub titulo:

*Prawa z Statutu W. X. Litewskiego y
Konstytucyi porządknie podług alfabetu zebrane* 50).

§. XIV.

Persaepe tentatum est codicem seu corpus juris totius regni componere, sed semper vano eventu. Primum Joannis Swoszowski, cameraarii Leopoliensis anno 1613. ad confirmandum in comitiis oblatum in hunc finem opus non placuit 51). Andreas Zamoyski cancellarius magnus regni suscepit opus constitutione 52) sibi demandatum, sed quia nondum maturo ad emendationem reipublicae tempore multa tulerat, quamvis egregia et postea approbata, re vera illis diebus adhuc praepostera, anno 1778, quo codicem hunc juridicum lingua Polonica scriptum comitiis ad approbandum obtulit, lege cautum est, ut in perpetuum publica auctoritate

49) l. c. p. 19. seqq.

50) Bröck. l. c. p. 20.

51) Skrz. I. p. 7.

52) Vol. VIII. an. 1776. fol. 875. tit. zbiór Praw Sądowych.

tate careret 53). Germanicam hujus libri versionem uti et dispositionem materiarum indicat Bröcker 54). — In comitiis anno 1788. denuo statutum erat, ut duplex codex legum, alter Regni, alter M. D. Lituaniae componeretur, quod opus Josephus Szymanowski subiit, atque egregium in hunc finem conscripsit librum, quem reipublicae Polonicae interitus suo effectui frustravit 55). De posterioribus hujusmodi conatibus Bröcker loquitur 56).

§. XXV.

Třebicius supra memoratus necessitati publicae et conatui tot frustrato forsitan opere suo subvenire voluit, quod mihi ex praefatione Tomo II. praeposita verisimile esse videtur 57).

§. XXVI.

De consilio permanenti ejusque decisionibus ac resolutionibus, Bröcker, si placet, con-

53) Vol. VIII. an. 1780. fol. 979. tit. Uchylene.

54) l. c. p. 21. 22.

55) Nowy pamiętnik Warsz. R. 1801. Nr. 3. p. 323—329.

56) l. c. p. 23. cf. et Czacki l. c. p. 41. 42.

57) „Chciał on, aby ktokolwiek mieć dzieło
„iego będzie, mógł się zupełnie obejść
bez

consuli potest 50). Ad juris fontes liber decisionum et resolutionum, Varsaviae tribus tomis lingua Polonica editus, non pertinet, cum consilium id constitutione anni 1789 die 21. Januarii lata plane est sublatum, una cum decisionibus et resolutionibus ejus plane abrogatis, quarum liber hunc titulum habet:

Zbiór Rezolucyi Rady Nieustajacej potrzebnych do wiadomości Jurzydkcy Sądowych y Obywatelów obojga Narodów. (typis Dufour.) 1785. 86. 88. fol.

Hinc recte cum Bröckero intelligi potest, ut mihi videtur, hoc opus non ad fontes, sed ad subsidia juris Polonici pertinere, atque auctoritatem non majorem habere, quam quae ICTo cuilibet tribuatur.

§. XXVII.

Statutum Lithuaniae inserviebat, quoad processum, palatinatibus regni Kiioviensi, Bracaviensi et Volyniensi 59). Borussia occidentalis, quae usque ad annum 1772. pars erat Poloniae,

„bez wszelkich Woluminów, wszelkich „Kompilacyi, wszelkich innych Praw „zbiorów.“

58) l. c. p. 24. 25.

59) Czacki l. c. p. 44.

loniae, jus quoque habet proprium provinciale, quod adeo in Polonia in materia successionis erat jus quodammodo subsidiarium. Ordinibus petentibus hoc jus anno 1598 a rege Sigismundo III. in comitiis regni publico scito confirmatum, a Polonis *Korrektura Pruska* nominatum, hunc habet titulum, estque lingua latina conceptum:

Jus terrestre nobilitatis Prussiae correctum 60).

Variae exstant hujus juris editiones, receptumque est in Vol. legum 61). Sancita ejus maxima ex parte hucusque valent, habentque veterem legis vigorem 62). — Et ducatus Masoviae gaudebat jure particulari, quod Stephanus Batoreus 1576 sub titulo: *Consuetudines seu Excepta Ducatus Masoviae*, huic provinciae confirmavit 63). — Aequae palatinatus Podlasiensis reservavit sibi consuetudines et jura particularia seu provincialia regnante Sigismundo Augusto anno 1569 sub titulo: *Consuetudines Podlachiae* 64). Sunt et *Consuetudines Cracovien-*

60) Ostrowski l. p. 9. Bröck. l. c. p. 28. Skrzet. II. p. 106. Czacki l. c. p. 43.

61) Vol. VI. tit. Jus terrestre. fol. 549—572.

62) Bröck. p. 29.

63) Vol. II. fol. 927. Anno 1576. tit. Mazowska Prawa. — Ostrowski l. p. 9. Czacki l. c. p. 42.

64) Vol. II. fol. 745. tit. O ziemi Podlaskiej.

covienses⁶⁵), *Gnesnenses* et aliae, quas obiter indicasse sufficiat.

§. XXVIII.

Transeamus nunc ad jura statutaria seu municipalia: Urbes Poloniae aut jure gaudent Saxonico seu jure Magdeburgico, et quidem maxima pars earum a temporibus Casimiri Magni, ab anno 1350⁶⁶), aut jure Culmensi, et quidem

65) Vol. I. fol. 325. Anno 1505. tit. Alexander.

66) *Pratistavia* ab Henrico III. anno 1261. (cf. Pachaly Sammlung verschiedener Schriften über Schlesiens Geschichte, etc. Bieslau 1790. T. I p. 76. et Cromer edit. Basil. 1558. p. 226.) *Cracovia* anno 1257. a Boleslao pudico jure Magdeburgico est donata:

„Urbem suam Craco-
viensem, Boleslaus Pu-
dicus Cracoviensis et
Sandomiriensis Dux,
ad incrementa, quae
sub Polonis et jure Po-
lonico assequi non po-
terat, perducitur, Jus
illi largitur *Szredense*
seu *Teuthonicum*, Aduo-
catumque in ea consti-
tuit.“ Dlugossus edit.
Lips. T. I. p. 750.

„Civitatem vero Craco-
viensem jure Saxonico, sive
Magdeburgensi, quod etiam
Szredense et *Teuthonicum* vo-
cant, quo pleraque oppida
et uici et pagi uruntur in
Polonia, Stabilivit.“ Cro-
mer p. 252.

Szredense seu *Szredense*, nonnunquam et *Novi-
forense* inde appellatum, quod vici *Szroda* in Po-
lonia majori et *Noviforum* (Neumarkt) in Silesia
primum hoc jure erant locati, (cf. Narusz. Hist.
Narodu Polsk. T. VI. p. 203. 204. Czacki I. p. 284.
not. 1177. Bandke Annalecten, etc. p. 18.) non
quo die *Mercurii* (*Szroda*) primum fuerit promul-
gatum, ut *Jekel* T. III. p. 64. praesumit. — cf. et
Skrzetuski T. II. p. 97. seqq.

quidem posteriori reguntur urbes Masoviae, pa-
latinatus Ravensis, Plocensis et urbes terrae Do-
brynensis, uti et non nullae urbes Lithuaniae in
districtu Pinscensi, et ex urbibus regni in di-
strictu Podlasiensi: *Kleszczelow* et *Narew*, de-
nique omnes urbes Prussiae. Urbes fere omnes
regiae autem gaudent jure Magdeburgico seu
Saxonico, quod jus in urbibus Lithuaniae, ex-
ceptis *Wilna*, *Troki*, *Pinsk*, *Minsk*, *Mozyr*, *Ko-
wno*, *Lida*, *Nowogrodek*, *Wolkowysk*, *Brześć*
et *Grodno*, plane est abrogatum, atque urbium
possessoribus eodem jure gaudentium, ut abro-
getur, idem est iniunctum et commendatum⁶⁷).

§. XXIX.

Jus Magdeburgicum, quod et Saxonicum et
Teuthonicum vocatur, constat ex speculo Saxo-
nico et jure municipali Magdeburgico, cujus
utriusque variae exstant editiones⁶⁸). Jus Cul-
mense, et Teuthonicum dictum, seu jus Prus-
siae est jus Saxonicum variis longaevis consuetu-
dinibus et privilegiis crucigerorum immutatum,
cujus multae quoque sunt editiones, quarum
nulla tamen est publico scito sancita⁶⁹).

De

67) Vol. VIII. fol. 925. Anno 1776. tit. Ustawa. Nr. 2.
Ostrow. T. I. p. 16. et 54. *Skrzet*. T. II. p. 111.

68) *Skrzet*. II. p. 99. not. y. Czacki I. p. 284. not.
1177. cf. prae caeteris *Hoppius* §. XLIII.

69) *Bröck*. I. c. p. 30. *Jekel* III. p. 65. 66. *Skrzet*. II.
p. 104. not. a. Czacki I. c.

De receptione juris Teuthonici in Polonia succincta legitur enarratio in libro: *Annalecten zur Erläuterung der Geschichte des Ostens von Europa*, von Bandtke. Breslau 1802. p. 64. seqq. De ortu atque exstructione urbium earumque juribus municipalibus seu statutis, multa egregie disseruit Jekel in opere Cap. III. §. LXIV. indicato Tom. III. p. 61. seqq. et T. I. p. 81.

§. XXX.

Jus Romanum Justinianeum et jus canonicum, nulla quidem lege expresse lata, sed usu et longaeva consuetudine in subsidium juris Polonici erant recepta. Quod tamen jus attinet Romanum, haud injuste dici potest, indirecte id ut jus subsidiarium lege publica sancitum esse, et quidem ex his causis, tum quod primum in statuti praefatione Casimiri Magni ejusdem fit mentio⁷⁰⁾, tum quod clavis verbis in lege *de ludu taxillorum* (cf. §. VII. lit. B.) ad Sctum Macedonianum provocatur, quod tamen parenthesi inclusum est forsitan additamentum posteriorum temporum. In statuto vero Lithuaniae legitur lex praeceptiva⁷¹⁾, ut in defectu legum iudices aequitatem naturalem et exempla aliorum regnorum Christianorum, imprimis autem jus Roma-

Romanum sequantur. Ex quibus patet, quamvis in Polonia lex nulla directe jus illud ut jus subsidiarium agnoverit, tamen id indirecte factum fuisse, cum statutum Lithuaniae esset in Polonia jus subsidiarium, et jus igitur Romanum indirecte illa lege statuti in subsidium receptum et agnatum fuisse in toto regno Poloniae⁷²⁾. Quoad jus canonicum, res omni vacat dubio!

Haud omittenda esse videntur *Simonis Starovolscii* (Starowski) *Commentaria in libros Institutionum Justiniani*, quae primum Cracoviae 1638 et denuo Romae 1648 prodierunt⁷³⁾.

§. XXXI.

Ubicunque iudices igitur in Polonia auctoritatem juris Romani ut juris subsidiarii sequebantur, noli tamen credere, et additamenta posteriorum temporum in Polonia recepta fuisse, quae ne ad jus quidem Romanum pertinent, nihilominus vero in corpore juris Romani, ut pars ejus, exhibentur, atque in Germania obtinent. Consuetudines enim feudorum Longobardicae, quae decimam in nonnullis editionibus corporis juris Romani efficiunt collationem,

nec

⁷²⁾ cf. Ostrowski I. p. 2. seqq.

⁷³⁾ Wyrwicz l. c. p. 694. Ostrowski I. p. 5.

⁷⁰⁾ Vol. I. fol. r. A. 1347. tit. Statuta.

⁷¹⁾ in cap. IV. art. 54.

nec legibus, nec usu in subsidium in Polonia recepta, nullam habebant vim legum. Christ. Gottl. Biener, Ictus et Antecessor Lipsiensis, propositis anno 1787 ab Illustri Societate Jablonovskiana de Polonorum jure feudali quaestionibus, in disquisitione infra laudata 74) bene exposuit primo capite: instituta feudorum in ipso Poloniae regno seculo XIV. innotuisse, seculo XV. autem recepta fuisse, ut fides eorum, quibus provinciae et territoria regno Poloniae subiecta, regenda dabantur, more seculi adstringeretur, nexum vero clientelarem in ipsum Poloniae regnum, tanquam vinculum reipublicae internum nunquam receptum et admissum fuisse. Secundo capite auctor demonstravit: Poloniam non uti feudorum jure domestico et ex propria potestate constituto, sed recepto, non autem Longobardico, sed Teuthonico, cum ipso clientelarum nexu inde recepto et admisso. Tertio denique capite docet: Feuda regni Poloniae ex juribus feudorum Germanicis in universum quidem fundata, ad praecepta autem juris feudalis Saxonici communis efformata et constituta fuisse. Haud parvo ei argumento est: Cum

Joannes

74) Christ. Gottl. Bieneri, etc. disquisitio de origine et indole feudorum Polonicorum, legibusque feudalibus in Polonia receptis. — Edidit hanc disquisitionem Zepernick in opere, cui est titulus: *Wissensleben zum Lehnrechte, gesammelt und herausgegeben von D. Karl Friedrich Zepernick in T. IV. (Halle 1794.)* p. 494 — 516.

Joannes Łaski jussu Alexandri regis codicem jurium Polonicorum conficeret, inseruit jus feudale Saxonicum in linguam latinam conversum, ut supra §. VIII. commemoravi.

Nexus clientelaris in ipsum Poloniae regnum, tanquam vinculum reipublicae internum, nunquam fuit receptus, praedia enim equestria seu terrestria Nobiles Poloni non utili dominio sed plena proprietate possidebant, ad servitia equestria non ex nexu feudali, sed ex civili vinculo obstricti. Quae in Lithuania et Russia regia erant feuda, haec omnia in haereditates sensim conversa sunt, ut hoc e diversis legibus vario tempore latis patet. — Aliter vero res se habent in Borussia, de cujus nexu clientelari, in variis juribus fundato, si lubet, conferi potest dissertatio de Baczko, quam Zepernick in opere supra laudato exhibet 75).

§. XXXII.

Joannis Theophili Heinneccii elementa juris cambialis in subsidium erant lege anno 1775 lata in processu cambiali recepta, cujus verba ex lingua vernacula versa huc appono:

„Cum legibus omnes lites, quae in praxi exoriantur, haud facile subsumi possint, nihilominus

75) T. IV. p. 313 — 336. Ueber die Lehne im Königsreich Preussen.

„minus tamen, ut eadem exactitudo in causis
 „cambialibus observetur, quae observatur in regnis
 „confinibus, volumus; in subsidium autem harum
 „legum (cambialium.) addimus Elementa Juris
 „Cambialis J. Th. Heineccii, ac praecipimus, ut
 „judicia Nostra primae et secundae instantiae in
 „decidendis litibus cambialibus iisdem utantur,
 etc.“ 76)

Caput secundum.

*Quomodo studium juris Polonici sit
 instituendum.*

§. XXXIII.

Absoluta parte prima, qua fontes jurium
 Polonicorum tum universalium tum particula-
 rium tradidi, progredior ad partem secundam
 dissertationis, qua demonstrabo modum, quo
 studium juris Polonici instituendum sit, et quae
 disci-

76) Vol. VIII. fol. 191. tit. Ustanowienie.
 Trębicki II. tit. Wexle. p. 348. §. VIII.

disciplinae ad ejusdem perfectam cognitionem
 requirantur.

§. XXXIV.

Notitia linguae Polonicae inprimis non mi-
 nus ad perfectam juris hujus requiritur cognitio-
 nem, ut ad beatiorem vitam agendam in Polo-
 nia, quam patriam eligimus, a qua victum et
 honores speramus 77). Risum movent et mise-
 rationem excitant illa multorum consilia, qui
 delendam esse Carthaginem vociferare non desi-
 stant,

77) De necessitate atque utilitate linguae Polonicae in
 studio historico Germaniae disserere nec finis hu-
 jus libelli permittit, nec operae pretium est, cum
 jam alii id demonstrare studuerint.

Liceat huc transcribere praeclarissima verba viri
 celeberrimi, egregie quippe ad sententiam nostram
 facientia: „Die Polnische Sprache hat nicht jenen
 „Reiz der vorgenannten neuern Sprachen.“ (Quam
 opinionem erroneam esse Kauffus docuit, Germani-
 cam autem linguam hi tantum praefereunt Polonicae,
 qui aut amoris falso indulgent, aut linguam Polo-
 nicam non intelligunt.) „Aber sie hat für die ge-
 „lehrten Schule des Preussischen Staats einen relati-
 „ven Werth. Der Jüngling, der zum Geschäfts-
 „mann bestimmt ist, und vermuthen muss, daß er
 „zuerst in den neuern Provinzen angestellt werden
 „mügte, handelt vernünftig, wenn er die Gelegen-
 „heit, die ihm eine oder die andere gelehrte Schule
 „anbietet, benützt, um in dieser allerdings nicht
 „leichten Sprache einen Grund zu legen, auf dem
 „er nachher auf dem Nationalboden leicht fort-
 „bauen kann. So viel ist richtig, daß selbst eine
 „nothdürftige Kenntniss sehr dazu dienen kann,
 „das Zutrauen unserer neuen Mitbürger zu gewin-
 „nen, und daß derjenige, der gar keine Vorkennt-

stant, qui sibi persuadeant, extirpata, ac more Romanorum lingua Polonica in Germanicam mutata, summam felicitatem Poloniae obventuram!

„nisse darin har, in manche Verlegenheit gerathen kann, und leicht gar zu abhängig von einem Dolmetscher wird. Nur dann kann der ehemalige Pole volles Zutrauen zu seiner Obrigkeit haben, wenn er sich ihr unmittelbar nähern, wenn er ohne den Kanal des Dolmetschers, auf dem der schwankende Nachen seiner Gedanken nur gar zu leicht umschlägt oder gar untersinkt, ihr seine Wünsche, seine Bedürfnisse, seine Beschwerden rein vortragen, und unmittelbar die Antwort der Regierung in Empfang nehmen kann, ohne befürchten zu dürfen, daß durch die Umschmelzung des Dolmetschers, der durch seine Vereidung doch immer noch nicht ein *treuer* Uebersetzer wird, ein Theil der Antwort verdunstet. Wie oft kann daher Eigenthum, ja persönliche Sicherheit von der Geschicklichkeit und Treue des Dolmetschers abhängig werden? Wie leicht kanu in einem Kriminalprozeß der Dolmetscher durch irgend eine unvollständige und schiefe, oder gar aus Mißverständ unrichtige Uebersetzung den künftigen Richter misleiten? Wer an der Möglichkeit solcher Fälle zweifeln wollte, müßte entweder nicht wissen, wie eine schwere Kunst die Kunst zu übersetzen ist, vornehmlich bey jener so ganz verschiedenen Sprache, oder müßte überhaupt nicht wissen, wie schwierig es ist, die unzusammenhängenden verworrenen Aussagen eines ungebildeten Menschen in ein zusammenhängendes und deutliches Protokoll in der nehmlichen Sprache zu fassen. Wie viel schwieriger muß dies seyn, wenn diese Aussagen erst durch das Medium des Dolmetschers hindurch gehen! — Gedike in progr. Ueber den Begriff einer geehrten Schule. Berlin 1802. 8.

Difficultatem autem maximam in ediscenda lingua Polonica non tam ipsius sermonis Polonici Germani-

turam! memoria temporum Josephi II. ad saniores mentem eos reducat! Silesia, per tot secula Germanorum imperio parens non amisit linguam nec bellis perpetuis, nec devastationibus crudelissimis, nec aliis adversis rebus, quae tam saepe perpressa est. Religionem et linguam, dona Deorum, vita cariores esse, tot docent exempla omnium temporum, ut sane nesciam, an hi, qui hujusmodi consiliis perveris agitentur, magis malitia an ignorantia ad ea incitentur.

§. XXXV.

Regimen Borussicum felicitatem subditorum omni modo curans atque adjuvans statim ab illis temporibus, quibus tricies centenis millibus subditorum novorum potentiam et gloriam suam auxerat, ubicunque studium linguae Polonicae propagare et tali modo amore sibi illos subditos devincere studebat. In quibusvis urbibus, quae gymna-

Germanico diversitas, quam praecupata Germanorum contra quosvis populos orientales opinio parit, quos falso barbaros et incultos esse censent, deinde impeditus librorum mercatus, et tandem parum conveniens doctissimae genti voluntas, ut sic in Polonico sermone omnia se habeant, ac in Germanico vel aliis, quos didicerint. Postremum, quamvis appareat centies centena millia Polonorum non posse tot habere libros, quot quadringenties Germanorum habeant, iniqua postulatio: ut Polonis non pro amplitudine gentis, sed pro lubitu discentium par sit cujuscunque generis librorum numerus.

gymnasia seu scholas majores habent, immo adeo in academiis praeceptores linguae Polonicae munificentia regis sunt constituti. Utinam omnes, qui in Polonia vitam agere vel adeo munera obire cogitant, hujus beneficii participes esse vellent! In foro, in conversatione, in negotiis publicis et privatis est scientia linguae hujus necessaria, quo magis his, qui jus Polonicum discere debeant, cum leges ab anno 1550 (cf. §. V.) omnes sermone Polonico sint conceptae, cum subsidia praecipua in eodem sint scripta.

§. XXXVI.

Jam in gymnasiis et scholis inferioribus studium linguae Polonicae est incipiendum, non in academia, quod tunc primum ingenium puerile ad omnes disciplinas perdiscendas est aptius⁷⁸⁾, tum quod erronea opinione nondum est imbutum, omnes linguas Slavonicas auditu horrendas et barbaras esse, denique quod in academia studiis jurisprudentiae cura debita incumbere cupiens, ad studium linguarum non vacabit, et postremo, quod in Poloniam iturus jam linguam illam intelligere, non demum ibidem perdiscere debet.

§. XXXVII.

Quare in academia studium linguae Polonicae

⁷⁸⁾ „Nam et dociliora sunt ingenia, priusquam obduerunt.“
Quintilianus.

nicae non est incipiendum, sed continuandum. Qui tamen casu infausto impediti eandem demum in academia perdiscere sunt coacti, maxima cura eidem incumbere debent, quod facile poterint, una duabusve horis quotidie huic studio destinatis. Abiciant autem tunc errorem illum vulgarem, quo tam multi laborant, barbaram esse linguam; deponant odium, quod in quocunque studio maximo est impedimento, concipiant amorem studii iisdem adeo necessariis atque utilis! In hunc finem legendum illis commendo libellum: Kaulfus über den Geist der polnischen Sprache. Halle 1804. in 8.

Non desunt, nec deerant subsidia ad perdiscendam hanc linguam necessaria; grato igitur animo Regis munifica cura est accipienda, nam in hos omnis cadit culpa, qui contemnunt et respuunt oblatam sibi occasionem.

§. XXXVIII.

Praelectiones publicae de vetere regiminis forma Poloniae, de ejusdem juribus, de rebus gestis Polonorum ejusdem et sane majoris his essent momenti, qui in Polonia muneribus funguntur, quam praelectiones, quae de iisdem rebus jus et historiam Germanorum spectant. Quid ergo est magis optandum, quid magis ab Optimo Principe petendum, quam ut hujusmodi praelectiones publicae in academiis instituantur. Sunt praeceptores linguae Polonicae in acade-

academiis instituti, ut supra memini, cur, exigente eadem publica utilitate, non instituantur professores juris Polonici et disciplinarum id concernentium? His tamen solis id munus erit committendum, qui linguae Polonicae gnari, fontes et subsidia juris Polonici recte intelligere et tradere poterint, quod sine scientia illius perfecta vix fieri potest.

§. XXXIX.

Nullo modo mihi ebiici potest, praelectiones has, publica utilitate id minime exigente, inutilis fore, quod nunquam in academiis Poloniae hae disciplinae traditae fuerint; mutata enim regiminis jurisque forma mutatum et mutandum est studium. Poloni, verum est, jus suum more Romanorum, libera republica et temporibus, quibus nondum in publicis auditoriis docebatur, didicerunt et docuerunt, aut in foro assistendo litibus decidendis, aut apud jureconsultos doctos, qui Maecenates appellabantur, sed nunc — Germanis, qui Polonis praesunt, id est discendum, cujus notitiam jam ex sola praxi, ut olim Poloni, assequi non possunt. Retenta eadem regiminis forma et lingua in judiciis, ut in parte Poloniae Russorum imperatori subjecta, concedo, praelectiones hujusmodi minus necessariae esse videntur, sed quia nulla in Europa regio tabulae rasae sic adsimilari potest, ut cum nova rerum facie, veteris formae memoria ita exole-

exolescat, ut ne vestigia quidem premere velis in indaganda praeteritarum causarum cognitione, certe, uti instituto codice juris Borussici universalis (Landrecht) scientia juris Romani aut Germanici non est facta superuacua, ita et juris Polonici notitia culibet est et erit necessaria, nisi si quis altioris spiritus seu ingenii his adnumerari malit, qui spe, nescio qua, perfectissimi rerum status illecti, ut olim theologi, aliam alii Hierosolymorum coelestium civitatem fingebant, novam reipublicae supernaturalem formam Platonica perfectiorem, commentis argutis sed falsis, abjecto juris positivi inevitabili jugo, sive libertatem fictitiam sive regnum coelorum adaequatissimum, ex solo juris naturalis fonte, excogitare conentur.

Praeterea causae, quibus aliarum quarumcunque disciplinarum praelectiones urgentur publicae, certo et his insunt, immo forsán majore momenti. Difficile est studium, indigetque viri maturae aetatis ingenio, subsidia ad hoc necessaria non a quovis comparari possunt, insuper requiritur notitia linguae Polonicae, aliarumque disciplinarum. Nec id mihi opponi potest, non tradi jus provinciale in academiis, nam quaelibet regula suam habet exceptionem. Est enim plane diversum jus Polonicum a jure Germanico seu communi, plane sunt diversi mores, diversa lingua, quae omnia diversum suadent et requirunt studium. Facilius possumus perdi-

scere jus cujuslibet provinciae Germaniae, si jus commune Germaniae cognoverimus, quod vero aliter se habet in jure Polonico.

Plura de re tam utili ac necessaria verba facere, superfluum esse videtur.

§. XL.

Cum hucusque praelectiones hae desiderantur, privatum studium quomodo sit institutum, dicemus: Ex fontibus in capite primo traditis Trębicii libri ad studium academicum sufficient, qui non uno tenore a prima ad ultimam pagellam sunt legendi, sed comparandi cum jure Romano seu communi Germanico, comprehensa e. g. et intellecta doctrina juris Romani de successione evolvatur Trębicius de eadem materia, ac tali modo studium hujus juris non solum erit facile, sed et jucundum.

§. XLI.

Linguam latinam multis commendare, inutile foret, quilibet enim jurisprudentiae operam daturus intelligere eam debet, quae tamen magis magisque indies negligitur. Sunt pro dolor! multi, qui in academiam profecti magno sudore et labore vix compendiolum latinum intelligant. Studium juris Polonici illam linguam requirere, jam ex hoc intelligi potest, quod Casimiri M. et posteriorum regum leges usque ad

a. 1550

a. 1550 hac lingua sunt scriptae. Non est latinitas pura, quam Ciceronianam vocant, sed juridica, nonnunquam ex lingua vernacula, addita flexione latina formata, longe tamen melior latinitate medii aevi Germanica, et auxilio linguae Polonicae facile intelligi potest, e. g. *De golotis* servis damnā alicui facientibus. Tręb. I. p. 299. De *kmethone* a domino suo fugiente. Ib. p. 671. 79) Verba, quae in praefatione volumini legum primo praeposita leguntur, satis meam de latinitate illorum temporum adjuvant opinionem: „Jam stylus scribendique ratio, qua in jubendis legibus usi sunt veteres, pro conditione temporum alibi satis elegans, nonnullis in locis etsi non adeo tersus, ubique tamen est clarissimus, efficax decensque Majestatem jubentis. Voces quaedam peregrinae ut *Golotae* seu servitia, *Bori* seu sylvae, *granties* seu limites, aliaeque similes neminem offendant, cum semper vocibus mox sequentibus sententiaque ipsa apte explicatae sint. Sunt et aliae vix quidem Latinae, sed talibus et antiquitus et hodie etiam, ut cunctarum nationum, ita vel ipsa Romana edicta inspersa sunt. Iussiones namque Principum non sunt orationes pro rostris.“

Prae-

79) A voce Polon. *golota* = pauper, miser, pauvre hère — *kmetho* a voce *kmieć* = rusticus, agricola.

Praestare stylum Casimiri Magni atylo Imperatoris Caroli IV. docebit vel levis comparatio initii statuti Casimiriani anno 1346 lati et aureae bullae fere coevae anno 1356 promulgatae. Qua comparatione doctus quidam Polonus refutavit ridiculas Vullersii in dissertatione: de reformatione Lutheri, sparsas calumnias 80).

*En prooemium statuti
Casimiriani 81):*

„Nos Casimirus Secundus Dei Gratia Rex Poloniae, nec non terrarum Cracoviae, Sandomiriae, Siradiae, Lanciciae, Cujaviae, Pomeraniae, Russiae, que Dominus et Haeres etc. Una cum Prae-latis, Baronibus, ceterisque Nobilibus, et subditis nostris animadvertentes, et perinde revolventes, quia jux-

*En initium aureae
bullae Caroli IV. 82)*

„Karolus quartus, divina favente clementia Romanorum Imperator, semper Augustus, et Boemie Rex, ad perpetuam rei memoriam. Omne Regnum in se ipso divisum desolabitur. nam Principes ejus facti sunt socii furum, ob quod Dominus miscuit in medio eorum spiritum vertiginis, ut

„ta

„pal-

80) Nowy pamięt. Warsz. Ru. 1804. No. 43. p. 89 — 108.

81) Vol. legum I. p. 2.

82) Ex exemplari Heidelbergae 1594. in 4to edito. ex archivo Illustrissimi Princ. Electoris Palatini, ut titulus fert, impresso.

„ta temporum antiquitatem, in terris et dominio ditioni nostrae subjectis, causae plerumque in Judiciis non uniformiter, sed secundum animorum et sensuum diversitatem, hominum etiam exrescente malitia et improbitate, varie et diversimode ventilantur, deciduntur et definiuntur; ex qua varietate actiones sive causae, nonnunquam post multiplices vexationes, altercationes, et contentiones, remanent indecisae, et quodammodo immortales; Quapropter ad laudem Dei Omnipotentis, Beatissimaeque Mariae Virginis, totiusque Coelestis Curiae, et ad perfectum commodum, et utilitatem nostrorum subditorum decrevimus, dictorum Judiciorum, seu causarum

„palpent in meridie, sicut in tenebris: et candelabra eorum movit de loco suo, ut ceci sint et duces cecorum: et qui ambulant in tenebris, offendunt, et ceci mente scelera perpetrant, quae in divisione contingunt. Dic superbia, quomodo in Lucifero regnasses, si divisionem auxiliatricem non habuisses. Dic Sathan invidie, quomodo Adam de Paradiso ejecisses, nisi eum ab obedientia divisisses. Dic Ira, quomodo Romanam rempublicam destruxisses, nisi in divisione Pompeium et Julium servientibus gladiis ad instantina prelia concitasses? Dic Luxuria, quomodo Trojanos destruxisses, nisi Helenam a viro suo divisisses. Tu quidem Invidia Christianum imperium a Deo

„sarum (potissimum
 „in his, quae frequen-
 „ter accidunt) decidere,
 „et evellere varietatem.
 „Volentes et Statuentes,
 „quod deinceps perpe-
 „tuis temporibus haec
 „eadem Statuta et Con-
 „stitutiones habeantur,
 „exerceantur et obser-
 „ventur per omnes et
 „singulos Judices, Offi-
 „ciales, ac eorum Mi-
 „nistros, reliquosque
 „nostros subditos, et
 „Terrarum nostrarum
 „inhabitantes. Nec
 „quisquam audeat quo-
 „vis modo temerarie
 „contravenire, sub gra-
 „vi nostrae indignatio-
 „nis aculeo.“ (Anno
 1346.)

§. LXII.

Historia Poloniae minime est negligenda his,
 qui inter Polonos versari volunt, et in hac
 provincia domicilium figere cogitant. Non
 mino-

„Deo ad instar Sancte
 „et individue Trinitatis,
 „fide spe, et caritate,
 „virtutibus Theologicis
 „roboratum, cujus fun-
 „damentum super Xpia-
 „nissimo regno feliciter
 „stabilitur, antiquo ve-
 „neno, velut serpens in
 „palmites Imperiales,
 „et membra ejus pro-
 „pinquiora, impio sce-
 „lere vomuisti, ut con-
 „cussis columpnis to-
 „tum edificium ruine
 „subiiceres, divisionem
 „inter septem Electores
 „sacri Imperii, per quos
 „velut septem candela-
 „bra lucentia in unitate
 „Spiritus septiformis,
 „sacrum illuminari de-
 „bet Imperium, multo-
 „ciens posuisti. Sane
 „cum tamen ex officio,
 „etc.“ (Anno 1356.)

minoris faciendi sunt Boleslaus fortis reipublicae
 conditor, ejusque res gestae, Casimirus Ma-
 gnus, legislator Poloniae, Sigismundus I., pa-
 ter patriae, fautor literarum, Sigismundus Au-
 gustus erga dissidentes de religione indulgentis-
 simus et humanissimus aevi sui princeps ac cum
 patre magnitudinis Domus Brandenburgicae au-
 ctor, Stephanus Batory, quorum memoriam
 quisque Polonus mente pia colit, atque etiam
 Joannes Sobieski, qui quamvis male in patria
 regnaverit, liberator et vindex Germaniae dici
 meruit, non minoris inquam aestimandi sunt
 quam Carolus Magnus, Carolus V., Maximilia-
 nus I., vel Josephus II. Germanis forsitan pro-
 priori, Borussiae autem certe vix propinquiori vin-
 culo juncti, utpote qui non ex sola Ger-
 mania, sed ex Polonia genus et ortum ducunt,
 et quorum principes et reges heroes non solis
 Germanis sed et antiquitus Slavicis gentibus im-
 peraverunt.

§. LXIII.

Sine historia juris, sine cognitione morum,
 formae veteris regiminis, studium juris esse im-
 perfectum, neminem latet, cum vero hucus-
 que operibus hujusmodi ad studium juris Polo-
 nici necessariis careamus, nova adest causa,
 quae nos ad studium historiae invitet, ex qua
 illa adminisula sunt colligenda. At Czacki
 erat primus, qui in opere infra laudando multa
 de origine juris, Polonorum et Lithuanorum

egregre scripsit, sed opus, quod totam historiam juris comprehendat, adhuc desideratur.

§. XLIV.

Ex historia simul vera cognitio morum, vitae privatae et publicae, vera Polonorum indoles est haurienda, non ex illis descriptionibus falsis, quae in Germania vulgo feruntur, et quae imperitia forsitan et odio ficta et falsa pro veris nobis tradunt, quarum auctores pro virili parte sua docti paucos dies in Poloniae una alterave regione commorati, jam de toto populo alto supercilio judicare audent, ex uno vitio sexcenta fingunt. Non admittit antiquiorum Germanorum gravitas hanc Gallicae levitatis labem, nisi forte in Gallorum vitia prona, quas Galli Germanis injurias inferunt, centum versus in uno pede stantes scribere parati auctores recentiores velint in innoxiiis ulcisi Polonis. Sunt gravissimi auctores Bröcker, Holsche et alii, qui meliora de Polonis docent, sed libri eorum docte et non pro more lepide scripti aut parum leguntur, aut illis postponuntur. Fugienda est credulitas! Exploranda et inquirenda sunt omnia, ne falsa pro veris bona fide accipiamus. Maxima cura cavendum est, ne praejudicatis opinionibus seducti et abrepti in errores ruamus, ad quos evitandos justum requiritur iudicium.

§. XLV.

Studium geographiae et veteris et novae
cum

cum studio juris uti et historico arctissime cohaeret. Non desunt subsidia lingua Polonica et Germanica scripta. Minime vero hujusmodi geographis et topographis est credendum, qui superbissime pro lubitu, vituperant, laudant, condemnant, absoluunt, quorum doctia quidem opera brevi tempore confecta, sincerum tamen saepenumero habent titulum: Bemerkungen über, Wanderungen durch, etc. et quae in usum puerorum et puellarum ad tempus fallendum, non ad instruendum scripta esse videntur. Linquat his gratam ejusmodi farinae lectionem studiosus juris, cui tanta otia Deus non fecit, et legat cum grano salis libros, quorum lectio ad augendam juris Polonici cognitionem faciat; quod si fecerit, certe utile cum dulci miscebit, nec taediosum ei erit meliores quamvis minus jucunde vel non jocose scriptos libros legere, et quae legerit, concoquere atque in succum et sanguinem vertere. Si quis autem maluerit delectari jocosis, quam erudiri et doceri seriis, is sane, me iudice, si quid video, non ad jurisprudentiam ediscendam, comparato animo esse videtur.

§. XLVI.

Literaturae Polonicae notitia, quam Germanorum multi in Polonia nullam esse putant, haud minus, absoluto cursu academico, est quarendam, quae ad perfectiorem linguae cognitionem et inde ad jus intelligendum ejusdem erit utilitatis, quam

disciplinae subsidiariae supra commemoratae, Litteratura cujuscunque populi optima est interpretis ejus indolis, ingenii et morum. In quolibet litteraturae genere habent Poloni suos scriptores; nec est, quod vitio detur Polonis, si qui a Germanis ignorabantur et maxima ex parte ab iis hucusque ignorantur. Non enim id Polonorum accidit culpa, ut Germani remota quam propinqua mallent sectari et potius transmarinis ultra Thulen litteris operam dare, quam Polonicis, Bohemicis et aliis similibus scilicet immemores, quid Imp. Carolus IV. prudentissime de addiscenda lingua Slavica in aurea bulla praeceperit,

§. LXVII.

Nomina praecipuorum tantum virorum indicasse sufficiat, quae Poloniae sunt et erunt decori atque ornamento, quorum scripta enumerare non admittit finis hujus libelli:

Ex veterioribus:

Historici:

Długossus, Cromerus, Orichovius, Piaśecius, Kobierzycius, Rudavius, Fredro, Gornicius, Bielscii, Lubienius, Zaluscii, Kochovius.

Theologi:

Skarga, Wuyek, Bierkowski, Karnkowski, Dąbrowski,

Poë-

P o ë t a e:

Joannes Kochanowski 83), Andreas Kochanowski, Petrus Kochanowski, Twardowski, Chrościński, Opaliński, Kochowski, Jarzemski, Simon Simonides, Zimorowicz, Gawiński, Sarbiewski, Polonorum Horatius, Klonowicz et alii 84).

Cum lite pendente nihil innovari debeat, adnumero his coryphaeum 85). Copernicum, natum Torunii, in civitate sub ditione Polonica, ubi sermo Polonicus invaluit, educatum Cracoviae inter Polonos, in luce orbis Poloni versatum et a regibus Polonis honoribus auctum, atque ut princeps Jablonovius in genealogicis edocuit, a parentibus jamdudum in Polonia

83) Listy i pisma różne Krasickiego w Warsz. 1786. in 8. T. I. p. 87. T. II. p. 25.

84) Kopczyński przypisy do gram. na klasę I. p. 215. 221. — Dmochowski sztuka rymotwórcza. w Warsz. 1788. in 8. p. 13. 48. 70. — Życia sławnych Polaków. w Warsz. 1788. in 8. — Hoppius §. XXXII.

85) Roczniki Towarzystwa Warszawskiego T. I. p. 74. not. a. T. II. p. 83 — 192. Notae hae et sequentes lectori plura de horum Polonorum vita scriptisve sciendi cupido indicant fontes, e quibus cognitionem illam haurire potest. cf. et Simoni Starewolsii scriptorum Polonicorum *Εκλογαί* seu centum illustrium Poloniae scriptorum elogia et vitae.

lonia habitantibus ortum. Quod si quis Borussum appellare velit, non repugnaverim, sed admonuerim, Borussum et Germanum non esse eundem. Licet sane Germanis sua Copernicum civitate donare, sed non ita, ut Polonicae antiquiori renunciaret!

Inter arma et socordes exterorum dominatus siluerunt Musae, sed regnante Stanislao Augusto post renatas litteras, quae et quot ingenia Polonorum, impedimentis, quaecunque temporum iniquitas per saeculum obtulerat, superatis, Poloniae varios casus sublevaverint, libet sed non licet hic enumerare. Konarski 86) institutionis scholasticae acerrimus instaurator incipiat seriem ingeniorum clarissimorum, quae eo evexerunt litteraturam Polonicam, ut Deo favente sub miti imperio Alexandri, Friderici et Francisci nemo dubitare possit, quin summum fastigium laudis et gloriae consequatur.

Naruszewicz historicus et poeta.

Krasicki 87), Karpiński, Dmochowski, Kniaźnin, Wybicki, Niemcewicz, Minasowicz, Szymanowski 88), iidem sunt Polonis, qui Boileau, Racine, Moliere Francogallis.

Albert-

86) Nowy pamiętnik Warsz. 1803. Nr. 32. p. 221 — 233.

87) Nowy pamiętnik Warsz. 1801. Nr. 4. p. 64 — 81. — Roczniki Tow. Warsz. T. I. p. 278 — 312.

88) Roczniki Tow. Warsz. T. I. p. 42 — 104.

Albertrandi, Kopczyński, Pilchowski 89), Wyrwicz 90), Przybylski viri maximi ingenii et summae eruditionis.

Poczobut, Sniadecki astronomi.

Narwoysz, Łęski philosophi,

Piramowicz 91), Golański rhetorici.

Karpowicz, Kaliński, Mielski cum Bourdaloue, Massylione, Flechiero comparari possunt.

Żakuski, Bohomolec, Mostowski, Adam Cratortyiski magni litterati.

Czacki, Garycki, Stroynowski, Sołtykiewicz, Januszewicz, Skrzetuski, Ostowski, Dogiel, Popławski, Ignatius Potocki, Kołłataj politici et jurisperiti.

Josephus Jakubowski, Gawroński, Zaborowski 92), Hube, Trzciniński, Osiński, Rogaliński 93), physici et mathematici.

Śnia-

89) Nowy pamiętnik Warsz. 1804. No. 41. p. 227 — 239.

90) Nowy pamiętnik Warsz. 1803. No. 33. p. 365 — 373.

91) Ibid. R. 1803. No. 29. p. 238 — 245. Roczniki Tow. Warsz. T. II. p. 1 — 82.

92) Nowy pamiętnik Warsz. 1804. No. 37. p. 89 — 93.

93) Nowy pamięt. Warsz. 1803. No. 28. p. 100 — 103.

Śniadecki, Jaskiewicz, Sortius, Scheid
chemici.

Kluk, Gilibert, Jundzill botanici.

Zabłocki, Bogusławski arte scenica celebres.
Ut taceam de sexcentis aliis 94)

§. LXVIII.

Jus Romanum, fons et fundamentum omnis
juris positivi praecipue in studio juris Polonici
non est negligendum, quocum maxima interce-
dit similitudo. Cognitionem perfectam hujus
auxilio tantum illius adipisci potes 95),

Historia, jus 96), forma regiminis Germa-
norum haud minore erunt adminiculo tum ad
intelligendum, tum ad diiudicandum jus Polo-
norum.

Caput

94) Sur l'état des études, des lettres et des sciences
en Pologne par Muray. — Nowy pamiet. Warsz.
1801. No 9. p. 354. No. 20. p. 207 — 222. — Ro-
czniki Tow. Warszaw. T. I. p. 74. seqq.

95) De usu et auctoritate juris civilis in Polonia egit
Arth. Duck de usu et auctoritate I. C. Romani. L. II.
c. xi. cf. et Jekel Diss. jurid. p. 75 — 80.

96) Multa ex jure Germanico in jus Polonicum rece-
pta et translata fuisse, variae probant leges in vo-
luminibus legum cf. et: Das Pferinngzins- und
Strohischrecht, etc. von Fried. Gotthold Siewert.
Halle 1802, in 8.

Caput tertium.

*De subsidiis ad studium juris Polonici
necessariis.*

§. XLIX.

Transeamus ad ultimam denique partem,
qua subsidia juris Polonici traduntur. Libros,
qui prae caeteris legi debeant stellula notavi,
quos, si fieri potest, jam in academia legendos
commendo. Et alia tamen opera, quae finito
cursu academico perfectiori studio hujus juris in-
servire possunt, indicare haud superfluum esse
mihi videbatur. Si autem necessariis destitu-
tus subsidiis, quaedam omisi, facile veniam
impetrare spero, in rebus magnis voluisse sat
est.

§. L.

Quoad decisiones, processus judicarios,
institutiones, manualia, aliaque hujusmodi
scripta inprimis memorandi sunt: * Thomas
Dres-

Dresner Leopolt. J. V. D. in acad. Zamosc. jur. Prof. Ord. publicavit in usum nobilitatis Polonicae juris patrii studiosae librum sub titulo: *Institutiones Juris Regni Poloniae. Libri IV. ex Statutis et Constitutionibus collecti.* Zamoscii 1613. in 4to. Liber perutilis, qui jus Polonicum cum jure Romano exponit. Edidit idem auctor: *Processum judicarium Regni Poloniae.* Zamoscii 1601 et Varsav. 1636 in fol. 97 porro memoratu digna esse videtur: ejusdem *collatio juris Polon. et Romani sive similium juris Poloni cum jure Romano centuria una.* Parisiis 1602. in 4to. 98).

Theod. Rogala Zawadzki vulgavit librum sub titulo: *Processus judicarius Regni Poloniae.* Cracov. 1612 fol. qui magna accessione adauctus, tertioque repetitus ib. 1619 fol. ut et Varsav. 1647 in 4to prodiit. Tertiae editioni legitur adjecta formula processus judicarii terrarum Cracoviensis, Sendomiriensis, Lublinensis, etc. quae ab omnibus Dignitariis, Praefectis, Judicibus, aliisque Officialibus terrestribus et castrensibus observanda, qui libellus, nulla mentione auctoris facta, urbem Zamoscium et annum 1602 prae se fert 99).

Editio,

Editio, quae Varsaviae 1637 prodiit, est, teste Bröckero, epitome prioris. Praeter hunc librum habemus ab hoc auctore: *Memoriale Processus Judicarii et flosculorum legum seu statutorum atque constitutionum regni Poloniae.* Cracov. 1619 in 12. et 1644 in 8.¹⁰⁰). *Speculum* vero ejus *Senatorum ac Officialium Regni Poloniae* cum summulis legum prodiit Cracov. 1623 in 12.

Joannis Cervi *farrago actionum* emendatissime edita Zamoscii 1607. 8. per Martinum Lenski, qui in praef. trium antiquiorum meminit editionum Cracoviensium a. 1540. 52. et 55. in 8. Postea; *Collectanea decisionum in tribunalibus Italiae, Galliae, Poloniae, etc.* a Jo. Aloysio Riccio edita Genev. 1617. 4. Tum non debet praetermitti: *Manuale fundamentorum juris civilis ac Poloni*, IV. disp. juridico-historico-politicis comprehensum, et ad IV. libr. Instit. Justin. publico examine, in Illustris schola Auriaca, ventilatum, praeside J. Henr. Daubero, Nassavio J. V. D. ac scholae illius antecessore, quas vero disputationes jam antea publicae disquisitioni exposuerat Paul. Bogusl. de Orzechow Orzechowski, eques Pol. Bredae 1646. 4. quas Henr. de Schoellen ibid. anno sequenti sub nomine Dauberi junctim iterum

97) Bröck. I. c. p. 3.

98) Hoppius §. XLIV.

99) Hoppius I. c.

100) Bröck. I. c. p. 26. refert, processum judicarium prodiisse a. 1614. cf. Hoppius I. c.

rum edidit. — *Gregorii Czaradski ICTi processus judicarii compendium*. Cracov. 1612. 8. et majus illius opus Polonice editum Posnan. 1620. fol. Episcopus a *Lipe Lipski* edidit librum inscriptum: *Practicae observationes ex jure civili et Saxonico collectae et ad sty-tum usumque judiciorum curiae regalis accomodatae*. Lutetiae Parisior. 1627 rec. Dan-tisci 1643. in 4to. *Adami Żydowski* potioritas et nonnullae disputationes juris editae Varsav. 1631. iterum 1645. 4. — *Samuelis Kuszewicz Collectanea* de foro et jurisdictione civitatum Regiarum in regno Poloniae et M. D. Lithuaniae. Varsav. 1646. 4. — *Andreae Lysiecki* instigatoris regni tribunal capitale Poloniae, Polonice Cracov. 1638. fol. vulgatum est. Franc. Lewalt. *Powalski* eodem idiomate simile scriptum publicavit. Gedan. 1669. 4. — Sine auctoris nomine prodiit coaequatio jurium, una cum ordinatione judiciorum tribunalitiorum et repartitione locationeque exercituum M. D. Lithuaniae fol. — Lingua Polonica de processu scripsit: *Mich. Słoński Accessoria, Statut y Konstytucye naybardziej co do Processu potrzebniejszego zebrane*. Leop. 1765. in 8. 101). — *Zebranie wszystkich seymów y praw Polskich ad statum sciągających się, ktore od początku seymowania aż do naszych*

101) Brück. l. c. p. 26. 1

szych czasow są postanowione przez Stanisława z Burzyna Burzyńskiego, niegdyś kasztelana Smoleńskiego. w Warsz. 1765 in 8. — *Kadencye sądow ziemskich y grodzkich oraz juryzdykcyi sądowych ultimae instantiae obojga naronow przez X. Teodora Wagę, S. P.* w Warsz. 1785. in 8. — *Minocki* terminorum juris canonico-civilis interpretatio. Posn. 1773. in 8. — Appono denique et hos, de quibus annum et locum, quo prodierint ignoro: *Zagórski* et *Januszowski* scripserant *de formulis juridicis*, ut testis est *Ostrowski* 102). — *Brodowski* edidit *corpus juris milit.* Pol. 103) — Ex Anglica in vernaculam linguam vertit *Osterowski: Prawo kryminalne Angielskie* przez *P. Blakstona*, additis variis notis statum Poloniae spectantibus 104).

De processu granicali seu de judicio finium regundorum duo exstant scriptores: *Stanislaus Lochowski: Processus judiciarius granicalis Regni Poloniae*. Cracov. 1641 in 4to. cum appendice sub titulo: *Appendix phrasium, rei et stylo forensi applicandorum*. Ejusdem *regulae juris et loci communes forenses*

102) T. II. p. 46. 149. 317.

103) Idem T. I. p. 122.

104) Id. in praef. T. I.

renses impressae sunt Posnan. 1643 12. 105)
rec. Cracov. 1756 in 8. — *Martinus Pacior-*
kowski: Regula processus granicialis cam-
pestris Regni Poloniae. Czenstochoviae
1776 in 4to. 106).

Qui scriptores politicos et satyricos veteres,
qui de forma ac scopo reipublicae Polon. egerunt,
aliosque, qui de variis materiis scripserunt,
scire cupit, evolvat Hoppii saepe laudati sche-
diasma §. XLV. seqq. recentiores autem huc per-
lustrare angusti fines libelli hujus prohibent. In
§§. sequentibus indicat auctor scriptores de pro-
vinciis cum Polonia conjunctis tractantes, in-
primis vero de Borussia loquitur in §. LIII. us-
que ad §. finalem LVIII.

§. LI.

De foro, statu ecclesiastico, clero Poloni-
co et decimis plures scripserunt:

Jacobi Janidlovii, Bozantini, Phil. et J.
V. D. acad. Cracov. Prof. et (Bernhardi Macieio-
wski, Card.) assessoris consistorii *Processus*
Judiciarius ad praxin fori spirituales Re-
gni Polon. a. 1606 conscriptus et Cracov.
1606 et 1619 in 4to. vulgatus, denuo autem
a. 1643

105) Hoppius §. XLIV.

106) Bröck. I. c. p. 27.

a. 1643. ibid. impressus in 4to. 107). Quocum
iungendi sunt: *Decas quaestionum publica-*
rum regni, in quibus ecclesiastica jura et
immunitates ecclesiastici status elucidantur
authore Andrea Lipski a Lipe, J. V. D.
scholastico Cracov. et Plocens., custode Gne-
snens., S. R. M. a secretis, hinc procancell.
R. et episc. Luceoriensi, demum cancell. et
episc. Cracov. *Dantisci* 1646 rec. ib. 1647 in
4to. — *Prawdziwy stan Duchowieństwa*
w Polsce. — *Uwagi polityczne wzglę-*
dem Duchowieństwa Polskiego do nowego
praw zbioru podane. a. 1778. 108). — Prae-
caeteris vero: *Ostrowski Dzieje i prawa Ko-*
ściota Polskiego. w Warsz. 1793 ac saepe
laudatus *Thadeus Czacki o dziesięcinach w*
powszechności a szczególnie w Polsce i
Litwie, etc. 109).

§. LXII.

Hic paragraphus scriptores exhibet juris pu-
blici, ex quibus veteriores uti Krzystanovium et
alios jam a Hoppio 110) indicatos omitto, eo que
solum indico, qui in majori dignatione esse vi-
dentur:

Nico-

107) Hoppius §. XLVII.

108) Skrzet II. p. 32.

109) Roczniki Towarzystwa Warszawsk. przyjaciół
nauk w Warsz. 1802. 3. in T. I. p. 313 — 240.

110) Hoppius §. XLI.

Nicolaus de Chwalkow Chwalkowski eques Pol. et Ducis Curl. ad aulam regiam Poloniam sidens et consiliarius, *Jus publicum Regni Poloniae* edidit *Regiom.* 1676 in 12. postea *ibid.* 1684 in 4. auctum eundem librum vulgavit.

* *Christophori Hartknoch* gymnasii Thorun, prof. *Respublica Polonica, etc. Lips.* et *Francofurti* 1678. in 8. edita. Quod opus in duos libros partitum, libro primo historiam, libro secundo jus publicum Polonorum bene et erudite expositum continet. Indicanda est quoque ejusdem *Exercitatio ad Chvalcovii jus publicum* 1685. in 4to.

* *Nicolai Zalasovii* (Zalasowski) J. V. D. et professoris Cracoviensis dein Archidiaconi Posnaniensis *Jus Regni Poloniae ex Statutis et Constitutionibus ejusdem Regni et M. D. Lith. collectum et additionibus ex Jure Civili Romano, Canonico, Saxonico, nec non ex Constit. Provincial. Gnesnensibus et dioecesanis auctum, historiisque illustratum.* Tit. I. Posn. 1701. T. II. *ibid.* 1702. fol. rec. *Varsav.* 1741. Pars prima tractat de jure publico, pars secunda de jure privato ad methodum Institutionum Justiniani. Opus summa laude dignum. 111)

* *Gott-*

* *Gottfridi Lengnich jus publicum Regni Poloniae. Gedani* T. I. 1742. T. II. 1746. rec. 1765 et 1766. Qui liber laudabili studio scriptus et ejusdem pretii ac Zalasovius cuicunque est legendus, qui jus Polonicum cognoscere studet. Moszczenski, eques Polonus vertit librum hunc in patrium sermonem, civibus, ut Lengnich in altera libri editione affirmat, hanc ejus diligentiam collaudantibus. Eidem auctori debemus praeter opera historica, quae omitto, librum: *De norma regiminis in Prussia. Gedani* 1722. *Pacta conventa Augusti III. commentario illustrata.* Lips. 1736. fol.

* *Prawo polityczne Narodu Polskiego przez X. Wincentego Skrzetuskiego S. P. w Warsz.* T. I. 1782. T. II. 1784. in 8. rec. 1787. Miror, quod liber hic jus publicum Poloniae exhibens, non sit in linguam Germanicam versus, ex quo pauca de rusticis, eorumque juribus, frater vertit meus in libro supra laudato, variis additis notis 112).

§. LIII.

* *Franc. Jos. Jekel* haud parva eruditione exponens constitutionem Polonorum tertii Maii a. 1791. praeclare disserit de statu Poloniae, describitque eum ab antiquissimis fere tempo-

112) Bandtke's Annalecten zur Erläuterung der Geschichte des Ostens von Europa. p. 1 — 108.
E

temporibus, cujus opus sub hoc titulo prodiit; *Pohlens Staatsveränderungen und letzte Verfassung*. Wien. 1803. T. III. in 8. (Tomus IV. ab auctore promissus ¹¹³) an prodierit, nescio). Eidem debemus binas *Dissertationes juridicas*, Vindobonae 1801. in 8. maj. editas, quarum *prima de successione ab intestato tractat tam secundum praescripta juris Polonici, Magdeburgici et Culmensis, quam secundum normam successionis novo codice civili stabilitam, secunda autem disserit de usufructu advitalitio, conjugii superstiti in bonis a defuncto marito relictis competente.*

De proportionem nummorum veterum ad novos scripsit Canonicus *Matthaeus Chylewski: Summarysz umiarkowania monety starej z dzisiejszq. w Kaliszu. 1790.* ¹¹⁴).

§. LIV.

* De jure Polonorum civili scripsit *Ostrowski*, expositis materiis secundum jus Romanum, cujus liber hunc titulum habet: *Prawo cywilne Narodu Polskiego z Statutów i Konstytucji Koronnych i Litewskich zebrane i rezolucjami Rady Nieustajacej objaśnione: dodatkami, z praw Kanonicznego,*

¹¹³) Vid. Vorbericht, T. III.

¹¹⁴) Brück. l. c. p. 28.

*szczego, Magdeburgskiego, i Chelmińskiego pomnożone: a porządkiem praw Rzym-skich ułożone przez X. Teodora Ostrowskiego S. P. w Warsz. 1784. T. II. in 8. Nova editio ibidem prodiit a. 1787. Quod opus *Frid. Ben. Bröcker* e lingua Polonica in Germanicam vertit: *Civilrecht der Pohl. Nation, etc.* T. I. Berolini 1797. T. II. Lipsiae 1802. in 8. maj. Cui viro docto debemus etiam: *Beyträge zur Kenntniss des Pohl. Rechts. Erster Band. Berol. 1797.* in 8. maj. quem librum tamen, quod dolemus, non continuavit. His libellus erudite scriptus addendus: *Ueber das polnische Reichsgrundgesetz: Neminem captivabimus, nisi Jure victum aut in maleficio deprehensum etc.* Nebst Bemerkungen über die Justizverfassung in Polen bis ins funfzehnte Jahrhundert, von Steiner, öffentl. Lehrer am Königl. und der Republik adlichen Cadetten-Corps zu Warschau. Berlin 1791. in 8. min.*

§. LV.

Czacki vir maximi ingenii atque eruditionis profundae edidit opus, a quoque ICTO ad cognoscendum jus Polonicum grato animo legendum, quod talem habet titulum:

O Litewskich i Polskich Prawach, o ich duchu, źródłach, związku, i o rzeczach zawartych w pierwszym Statucie dla Litwy

Litwy 1529 Roku wydaném. przez Tadeusza Czackiego, etc. w Warsz. T. I, 1800. T. II. 1801, in 4to. 115),

§. LVI.

Quod heraldicam et genealogiam attinet, quae non solum historiae, sed et studio juris magno esse potest auxilio, et in hac parte litterarum habent Poloni suos scriptores: 116)

Bartholomaeus Paprocki, Polenus, non solum de Polonia sed etiam de Bohemia et Sillesia variis scriptis optime meritus est, quorum tituli sunt: *Gniazdo Cnoty, zkąd herby Rycerstwa Polskiego swdý początek maig.* Cracov. 1578. in fol. — *Herby Rycerstwa Polskiego na pięcióra xigg rozdzielone.* Cracov. 1584, in fol. Caeterorum scriptorum ejus catalogum exhibet Niesiecki 117), quae omnia inter rariora referenda sunt, sed et Simon Okolski non contempendus est auctor, qui *in orbe Polono* ordine alphabetico digesto antiqua recenset Sarmatarum stemmata gentilitia et arma,

115) cf. *Ergänzungsblätter der drey letzten Quinquennien des 18ten Jahrhunderts der Hallisch. L. Z.* Num. 20. p. 153. seqq.

116) Hoppius §. IX.

117) *Korona Polska* T. III. p. 558.

ma, insigniaque. T. I. prodiit Cracov. 1641. T. II. ibid. 1643. T. III. ibid. 1645. Prae-stantissimus autem heraldicus scriptor *Nisiecki* a Dunczewskio continuatus, qui vasto conamine opus aggressus est, libris idiomate Polonico scriptis hunc dedit titulum: *Korona Polska, etc. przez X. Kaspra Niesieckiego Soc. Jesu.* Leopold. T. I. 1728. T. II. ibid. 1738. T. III. ibid. 1740. T. IV. ibid. 1743. in fol. Quae vulgo Niesiećcio crimini obiiciuntur, Krasicki refutavit 118).

§. LVII.

Restat de subsidiis historicis pauca dicere: qui plura opera historica legere et cognoscere desiderat, evolvat Meuselii, Spittleri, Eichhorni et aliorum libros, qui omnia fere indicant, ego vero consilium et ordinem propositum secuturus, haec tantum tradere queo, quae ad primum studium sufficiant 119):

Martini Cromeri de origine et rebus gestis Polonorum libri XXX. fol. (Plures existant editiones.)

Gottfridi Lengnich historia Polona a Lecho

118) *Listy i pisma różne* T. I. p. 161.

119) cf. et Hoppius, qui §. X — XXX. historicos, XXXIII — XL, acta publica recenset.

Lecho ad Augusti II. mortem. Lipsiae 1740. in 8. cui libro annexa est dissertatio de Polonorum majoribus, qua ex terra Lazica Polonus originem ducere demonstrare studuit, quam erroneam in sola etymologia et quidem falsa fundatam opinionem paucis verbis refutavit de Schlözer 120).

Historya Narodu Polskiego od pocztku chrześcijaństwa (auctore Naruszewicz). 1780 — 1786. T. VII. in 8. maj. Primum tomum auctor non exhibuit, continuationem operis hujus omnium praestantissimi Czacki promisit.

De fine infelici Poloniae optime tractant:

Vom Entstehen und Untergange der polnischen Constitution vom 3ten May T. I. 1791. (sine loco, ubi prodierit.) T. II. 1793. in 8vo maj.

Qui liber Gallice scriptus et Polonice versus longe melius tradit historiam illorum temporum, quam illa supra commemorata versio Germanica, in qua multa sunt omissa, quae in versione Polonica sunt retenta.

Zbiór

Zbiór wszystkich pism urzędowych od zapisania aktu powstania narodowego w Krakowie, i innych do niego się ściągających, etc w Krakowie. 1794. in 8.

Geordnete Sammlung der Regierungsschriften und Proclamationen, die seit dem 23. März 1794. in Pohlen erschienen, mit einer nähern Beschreibung der Warschauer Revolution von ihrem Anfange an, bis auf den heutigen Tag fortgesetzt von einem Warschauer Bürger. Warschau. Erstes Päckchen 1794. Zweites Päckchen 1795. Drittes Päckchen 1795. et si qui plures eorum fasciculi prodierint.

Haec habui, de studio juris Polonici, quae dicerem, quibusque rectam viam monstrasse spero, quae ad perfectam illius cognitionem ferat, et quam ii maximo studio sequi debeant, quibus studium juris Polonici maximo est officio. Legant, relegantque libellum hunc, rogo, mihi que faveant, vehementer cupio.

120) Von Schlözer Nestor od- Russische Annalen, etc. Goetting 1802. in 8. T. II. p. 28.

Errores.

Pag. 4. l. 16. quo sunt prolata, lege: quo sunt prolatae leges.

— 11. nota 25 Cracki, lege: Czacki.

— 18. l. 23. tiulo, lege: titulo.

— 52. In fine §. LXVI. adde: (Aurea bulla ed. Heidelbergensis p. 41. Electorum filii — — incipiendo a septimo etatis anno in grammatica, Italica ac Slavica linguis instruantur.)



Vindiciae Juris Romani Justiniani.

D i a t r i b e

auctore

Joanne Vincentio Bandtke,

Assessore judicii appellatorii
Varsaviensis.

Vratislaviae MDCCCVIII

sumtibus auctoris; typis Barthii prostat in libraria
bibliopolae Joannis Friderici Kornii.

SOCIETATI
LITTERARUM
VARSAVIENSIS.

Non audeo, VIRI DOCTISSIMI
ET SUMME VENERANDI, enu-
merare causas, quae me impule-
rint, VOBIS hocce opusculum
parvi pretii offerre, ne VE-
STRIS de republica non solum a
toto populo Polonico sed ab ex-
teris gentibus quoque agnitis me-
ritis studiisque imperfecto stylo
aliquid detraham; profiteor au-
tem lubenter, hanc mihi non fu-
isse ultimam, quod in VESTRO
gremio video et hos de republi-
ca

ca MERITISSIMOS VIROS, qui,
exoriente patria, instituta schola
juris publica, ad studium ejus-
dem propagandum maxime suf-
fragantur.

Quod leve documentum re-
verentiae VOBIS a quolibet Po-
lono debitae ut benigne acci-
pere dignemini, rogo etiam at-
que etiam, quo facto sciam, an
proferens in lucem has paucas
pagellas, VESTROQUE eas com-
petenti foro subiiciens, operae
pretium fecerim.

Scribebam Varsaviae

V. ante Calendas Martias anno

MDCCCVIII.

Joannes Vincentius Bandtke.

Prooemium.

Rerum ab aliquot annis gestarum even-
tus re et dictu inopinati et mirabiles non
solum faciem tot imperiorum et regno-
rum plane mutarunt, sed etiam artibus
litterisque diversam reddiderunt formam.

Napoleon Magnus autor hujus ordi-
nis rerum jungit prudentiam victoris glo-
riae legislatoris, eademque manu vincit
hostes populi sui, qua ei jus pacemque
reddere solet. Codex ejus juris, eo ju-
bente, occupat in foro locum corporis ju-
ris Justiniani, jamque studium hujus su-
perfluum multis esse videtur, qui novas
leges

leges etsi ex eodem fonte emanatas novaratione perdiscendas fore affirmant. Errant autem me Hercule! hi, qui parvi ingenii pinguis Minervae, solo colore seducti, jam de gloria juris Romani tot seculis firmata actum esse, sibi et aliis persuadere student, et qui alto supercilio, temporis praesentis laudatores, temporis vero acti censores acerrimi. utcunque vix perlecto, ne intellecto quidem codice Napoleonis studium juris Romani uti abrogati ingratum et inutile esse frustra contendunt.

Utinam haud in cassum haec pauca in lucem proferam, quibus convincere allaboro: jus Romanum esse hucusque, mansurumque in perpetuum, primum fontem judicis boni, jurisconsulti docti ac legislatoris sapientis. Etiam sine principis jussu corporis Justinianeus auctoritas et vis juris subsidiarii semper una eademque erit. Studiosus juris universi, scientiarum omnium praestantissimae, immo quicunque operam dat codici cujusvis populi, corpus Justinianicum, cujus auxilio ad veram cognitionem perventurus sit, evolvat necesse est.

Totum

Totum opus in tres partes dispertior, quarum prima proponet causas tantae perfectionis et honoris quaquaversus juri Romano sua sponte concessi; altera opinioni doctissimi Polonorum adversa, docebit: jus Romanum et apud nos libera republica auctoritatem juris subsidiarii habuisse, quem maximi ingenii et profundissimae eruditionis virum Illustrissimum, ut par est, summa veneratione culturus, si forte solo sine epithetis nomine brevitati studens appellavero, id benevolus lectori deo a me factum fuisse sciat, quod per se magnorum et clarorum in re publica litteraria Virorum nomina quibusvis aliis titulis praevalere notum est; ultima denique parte opusculi monstrabo: jus Romanum, princeps omnium, nunquam abrogatum iri ideoque studium ejus mansurum semper his omnium primum, qui non solum summis labiis litteras scientiae juris gustare, sed pleno haustu sumere et concoquere cupiant.

Proferens in lucem hunc libellum, spero, haud ingratum me opus suscepturum fore, felix, si principibus placuisse jurisconsultis potuero, qui auctoritate sua jam jam obnituntur, minime avidus laud-

laudis inimicorum juris Justinianeî, quorum conviciis lubenter me expono, quare memor axiomatis: dulce est pro veritate loqui, et minime cupiens, Aethiopem lavare, ad metam propositam progredior.

Liber primus.

Causae perfectionis et receptionis juris Romani Justinianeî.

§. I.

Sub voce *jus* inter alias varias significationes et complexus legum in librum seu codicem, redactarum intelligitur et inde venit: *jus Romanum*, *jus Culmense* et alia his similia. Collectio hujusmodi seu complexus ipse jurium a forma dicitur: *codex*, *liber*, *corpus*, *volumen juris seu legum*.

Jus in sensu illo, et in sensu synonymico legis, est aut adventitium seu exoticum aut vernaculum. Neminem fore, quem fugiat, reor, *jus Romanum* ubique terrarum nostris temporibus esse *jus adventitium* seu exoticum, solum in subsidium legum vernacularum receptum. Ut nihil omittam, addo: *jus adventitium* dici, quod,

A

ut

ut his verbis utar, aliunde in regnum advenit, uti vernaculum, quod in patrio solo ortum ac promulgatum est. Quae praemittenda fuisse censeo, ut benevolus lector libero pede me sequi possit, quocunque enim loco de iure Romano loquar, subintelligam corpus juris Romani Justiniani atque juris exotici.

§. II.

Uti aliquoties mentionem intermisi, ius Romanum in omnibus regnis forma regiminis et moribus diversis et monarchicis et aristocraticis et democraticis, sicuti in rebus publicis totius fere Europae sua sponte populi, non ex imperantium nutu, sed ex vi rationis fuit receptum, posterioribus demum temporibus jam usu ex publica voluntate adoptatum, ab imperantibus voluntati populi annuentibus agnitum est. Tanta vis divina inest juri Romano, ut adeo populi barbari, excusso Romanorum iugo, leges Romanas observare non cunctarint et, quamvis tyrannidem potentissimi armis omnium populorum execrati, justitiam in legibus etiamnum amplectantur. ¹⁾

Mul-

¹⁾ Arthur Duck de usu et auctoritate juris civilis Romanorum in dominiis principum Christianorum libri duo. (Lugd. Batav. 1634. in 12. Exstant et aliae meliores hac editiones.) Lib. I. Cap. II. §. I.

Multis Arthur Duck infra laudatus exposuit, quomodo ius Romanum in toto orbe terrarum fuerit receptum et qualem habeat auctoritatem in nostra terrarum parte.

§. III.

Quamvis et tironibus notum sit, quae corpus juris Justiniani contineat, malo, priusquam ad ipsam ejus historiam progrediar, paucis ea indicare, ne quis cum geographo Wyrwiczio basilica imperatori Justiniano, invito et inscio, tribuat: 2) corpus juris comple-

²⁾ Ob nimium errorem appono verba auctoris cum versione latina, quae in libro *Geografia powszechna* libro VI. p. 695. leguntur:

„Basilica sa prawa Rzyms-	„Basilica ius Roma-
„kie od Justyniana Ce-	„num a Justiniano impe-
„sarza wydane, a od Ba-	„ratorum editum et ab im-
„szylego Cesarza zebrane	„peratore Basilio colle-
„i nowym porządkiem	„ctum novo breviorique
„rozłożone i skrócone.	„ordine dispositum, quod
„Dziele to było roztrząs-	„opus discussum et meli-
„nionem i porządku roz-	„us dispartitum a Constan-
„łożone za Cesarza Kon-	„tino Porphyrogeneta pro-
„stantyna Porfiryrogene-	„mulgatum est a. 910., a
„ta, który ogłosił one	„quo tempore ius Justi-
„kazał r. 910. i od tego	„nianeum abrogatum ces-
„czasu prawa Justynia-	„sit loco basilicis, juri
„na były zarzucone, a Ba-	„nunc communi in oriente
„silica stały się prawem	„usque ad invasionem Ma-
„powszechnym państwa	„hometis a. 1453. et ever-
„wschodniego aż do	„sionem imperii vim legis
„zburzenia onego przez	„habenti.“
„Mahometa r. 1453.	

A 2

Quod

plectitur institutiones, pandectas seu digesta, codicem repetitae praelectionis, et novellas constitutiones. Libri feudorum; jus non scriptum 3), originis Longobardicae in omnibus editionibus corporis juris Justinianeï leguntur, sed non pertinent ad jus Romanum, feuda enim a Longobardis in Italia orta Romanis incognita erant. Obertus Ortensius et Gerardus Niger circa a. 1152. regnante Friderico Ahenobarba privata auctoritate consuetudines in duos libros congesserunt, quae paulo post aequae ac jus Romanum ab omnibus populis feuda foventibus, maxima laetitia exceptae, vim legis obtinuerunt. 4)

§. IV.

Quot lineae, tot fere errores, quos refutare me taedet. Lector benevolus legens meum opusculum ad finem, ex brevi historia juris Justinianeï enucleata ipse judicet! Maximi aestimo auctoris geographiam et nescio, quomodo talia effari potuisset! Laudo Germanorum industriam, qui tradentes historiam alicujus rei aut res gestas enarrantes, auctores, e quibus hauriunt, commemorare solent et inde perraro, nisi de Polonis, disserentes, in errores incidunt.

3) Jus, quod tacito consensu principis seu usu fori sine promulgatione vim legis obtinuit.

4) Historiam juris Romani omnium optime exposuit Joh. Aug. Bach in opere sub titulo edito: Historia jurisprudentiae Romanae quatuor libris comprehensa. Editio quinta a Cornelio Stockmann observationibus aucta. Lipsiae 1796. 8. et Hist. juris Rom. tabulis synopticis secundum Bachium concinnatis illustrata a D. Christ. Gottl. Hanboldo, Lips. 1790. 4to. Porro, Hugo Rechtegeschichte. 2te Aufl. Berlin 1799. in 4to.

§. IV.

Jam ad propositum revertor et perfectio-
nis ac praestantiae juris Romani causas expo-
nam: respublica Romana omnes fere regimi-
nis formas experta, monarchicum, aristocra-
ticum, democraticum paulatim sicientiam juris
adeo excoluit, ut multi recte asserant: post
Romanam nullam fore monarchiam, quae le-
ges tales dare poterit, quales Romani condi-
derint. 5) Legislatio Romanorum libera prae-
sertim respublica, qua jus praecipue colebatur,
erat neque opus solius principis, neque fig-
mentum brevi tempore confectum, enimvero
praetores statuebant sagaci ingenio sapien-
tissimas leges et jurisconsulti, dignissimi
hoc nomine, a tenera aetate sanctae scien-
tiae dediti, responsis uti et publicis ora-
tionibus in foro coram congregato populo
jus ad majorem indies perfectionem perdu-
cebant. Quilibet Romanorum melioris con-
ditionis perdiscebat leges patrias, ut dignus
et muneribus publicis et privatis honeste et
cum laude gerendis evaderet, et ut in foro
cum applausu populi ac persuasu judicis in
litibus ab aliis contra clientes suos susceptis
eos defenderet. Justinianeï corpus juris, quod
mox amplius describam, non per se, sed per
opinionem et sententias jureconsultorum in eo-
dem

5) Duck I. c. Lib. I. Cap. II. §. 2.

dem exceptas tantum habet valorem, ut nec Jovis ira, nec ignis, nec potuerit id abolere vetustas, cujus valor utique minor fuerit, si nostris temporibus adhuc auctorum, ex quibus corpus juris compilatum est, scripta exstarent.

§. V.

Non scribo historiam totius juris Romani, sed partiunculam tantum ejus optimam et excellentiam paucis delineo, quare supersedeo in hoc angusto opusculo exponere, quomodo a primordiis respublica optimis legibus regi voluerit, atque eo cum consilio, ut potius sine ulteriori mora historiam juris Justiniani tradam.

Justinianus natus a. 482. oppido Illyrici Taurisio oriundus, genere obscuro, patre Sabatio, matre Bigleniza, nomen Justiniani ab Justino imperatore avunculo adsumsit, antea vero Slavorum lingua Uprawda dictus. Variis muneribus publicis, jubente avunculo, gradatim functus, tandem in consortium imperii a. 527. ab eo adscitus, paulo post, interjectis aliquot mensibus, mortuo avunculo, imperator evasit. Qui Polonorum ei non sunt inimici, concedent, magnam similitudinem vitae ejus publicae ac privatae cum regno et vita Casimiri Magni nostri regis intercedere. Uterque, quoad vitam privatam, paruit libidini nefariae, Romanorum princeps Theodorum, Ursarii filiam, mulierem scenicam, uxorem duxerat; Polono-

lonorum rex judaici ortus feminas haud sprexit. Uterque litteris, atque imprimis jure civili imbutus, reipublicae dedit certas, melioresque antiquas leges. Sed haec obiter, ad Justinianum ejusque legislationem pedem refero: sub initio regni sollicitus imperator de jure meliorando anno statim sequenti 528 post C. n. Idibus Februarii novum codicem fieri mandavit, quo a decem viris praesertim a Triboniano confecto et publice anno 529. Idibus Aprilis promulgato, abrogatis codicibus veterioribus, ad sopiendas veterum jurisconsultorum controversias, novas leges dictas *decisiones* (controveriarum) edidit, atque jam funditus legislationem veterem mutare, novamque collectionem ex doctissimorum jurisconsultorum scriptis congestam promulgare statuerat, quo et disputationibus ac controversiis jurisconsultorum finem imponeret et reipublicae optime provideret, quamobrem a. 530. XVIII. Kal. Jan. jussit pandectas seu digesta componi et negotio huic iterum Tribonianum cum XVI. viris doctis, praefixo decennio, praefecit, qui intra triennium opus perfecerunt. Hi sedecim viri, praeside et rectore Triboniano, collegerunt, ex mandato injuncto, decerpta capita e libris juris consultorum caesaribus, regiminisque formae recenti, libertate reipublicae sublata, faventium; congesteruntque collectanea haec ex duobus millibus voluminum et plus quam trecentis millibus

versuum, multis pro lubitu et ex rei natura mutatis, interpolatis, omissis et additis, praefixo in capite cujuscunque excerpti nomine jurisconsulti, opus totum in septem partes et quinquaginta libros divisum, quemlibet porro librum in suos titulos digestum, titulum denique in leges dispositum principi, elapso triennio, ut jam memini, confirmandum obtulerunt. Anno ergo 528 d. 3. a. kal. Jan. Justinianus hanc collectionem nomine digestorum seu pandectarum, abolita omni jurisconsultorum veterum scriptis, quotquot extra digesta exstarent, auctoritate, in foro atque judiciis, promulgari jussit.

§. VI.

Antequam autem Justinianus pandectas promulgaret, Triboniano, Theophilo et Dorotheo institutiones seu totius legum scientiae prima elementa conscribenda commisit, qui, praecipue Caii Icti celeberrimi institutionum secuti hujusmodi opus, librum in quatuor partes dispartitum exhibuerunt, quem imperator eodem a. 528. approbavit. Institutiones quidem serius, quam digesta, confectae, una tamen cum his promulgatae sunt. Sunt, qui crimini faciant compilatoribus pandectarum, quod sine ullo ordine ac systemate pandectas composuerint, liceat autem his censoribus acutis in memoriam revocare, eos et principis volun-

voluntati satis fecisse et edicti perpetui ejusque commentatorum atque in singulis fragmentis materialium ordinem secutos fuisse. Quivis horum compilatorum, quod ex levi pandectarum lectione apparet, nonnullos certos libros collegit ac Triboniano et collegis congregatis praelegit, quae his displicuerunt, correxerunt, alia addidit, alia interpolavit, quo facto, ut mihi videtur, ad totum opus quilibet earum quandam tantum partem contulit. Hanc meam opinionem diversa ratio styli atque ordinis confirmare videtur.

§. VII.

Ob multas leges novas post primum codicem sancitas imperator Justinianus Triboniani denuo et quatuor aliorum jurisperitorum opera et consilio usum novam codicis editionem, qua et posteriores constitutiones imprimisque quinquaginta decisiones insererentur, confici curavit, cuioperi in septem libros redacto a. 529. auctoritatem, abrogato priori codice, (cf. §. V.) et vim legis tribuit atque eundem sub nomine codicis repetitae praelectionis *) promulgavit.

VIII.

*) Romani morem laudandum observabant, quod conscripto aliquo opere, convocatis amicis ad recensendum id praelegere solerent, inde opus bis tervé editum opus repetitae praelectionis vocabant.

§. VIII.

Ab anno 535 usque ad annum 559 condidit Justinianus varias leges, dictas *Novellas*, alteras sermone Graeco, alteras Latino, alias utraque lingua, quas ipse imperator haud dubie in collectionem unam retulit, verum tamen ea, quae hodie idiomate Latino impressa vulgo in corpore juris occurrunt, posteriorum sunttemporum et mutilata et mutata, versioque earum Latina, quae *vulgaris* vocatur et sola in foro auctoritatem habet, satis quidem antiqua, sed sine ulla industria certe a monacho quodam sermone Latino barbaro facta, ex hac sola causa in tribunalibus recepta est, quod Graeci textus codex illis temporibus tantum blattis et tineis motus erat. 7)

Haec hucusque enarrata efficiunt jus Romanum et collectio harum corpus juris Romani Justiniani, reliqua enim, quae extra novellarum librum vagantur, uti XIII edicta Justiniani, constitutiones ecclesiasticae et alia non pertinent ad collectiones ab Justiniano promulgatas. *)

§. IX.

7) *Holoander* (Norimb. 1531.) et *Homburg* (Marb. 1717. 4to) meliorem, sed in foro non admissam versionem novellarum ediderunt.

*) Qui varias corporis juris totius aut alienius tantum ejus partis editiones scire cupit, consulat. Io. Christ. *Hellbach* Entwurf einer ausserlesenen Bibliothek für Rechtsgelahrte mit zweckmäßiger Kritik und Ladenpreisen. (Tom. II. 1787. 1794. 8vo.) T. I. pag. 99. seq.

§. IX.

Justinianus institutiones in usum discendum, codicem et novellas ad causas dirimendas, pandectas vero aequae ad lites componendas sed magis ad commoditatem judicium, qui in casu dubio in responsis prudentum et commentatoribus consilia quaerebant, edidisse, si non fallor, videtur. Institutionibus juventutem instituere, pandectis, tanquam repertorio opinionum prudentum jureconsultorum judici dubitanti subvenire, codice et novellis pacem domesticam et bona civium privata ac publica describere in animo habuit. Posterioribus deum temporibus, deperdito et detecto jure Justiniano, omnes partes corporis juris hujus quasi ex uno fonte divino emanatae eandem nactae sunt auctoritatem, quam certo ab initio non habuerunt. Meam sententiam, quamvis plane recentem tumentur constitutiones ab ipso Justiniano ante promulgationem singularum partium corporis juris editae atque in fronte ejus impressae et ipsa fere natura rerum.

§. X.

Non repeto, quae abreptus justo ardore in §. IV. forsitan praemature in laudem juris Romani dixeram, huc solum addam: jus Justinianum comprehendit regulas et consilia, praecepta et sancta optime excogitata, multis seculis

seculis comprobata, quae omnes fere casus difficillimos et inenodabiles subsumunt, quae in publicis et privatis negotiis optima praestant consilia, quae tandem judici aequae honestati ac justitiae studenti maximo in desideriis esse possunt auxilio. Romani ab antiquissimis temporibus, ut Czacki recte animadvertisse videtur ⁹⁾, jurisprudentiam pro parte philosophiae habuerant et inde quilibet propriam opinionem intrepide confiteri et defendere potuerat et disputando opponentis ingenium ad eo meliores rationes excogitandas coactum erat, quo facto ipsa res indies crevit. Invitus et inscius laudibus superfluis rei abductus, quae bona causa se ipsam defendit, ac praestantia juris, uti lux solis vel coecis apparet, filum orationis perditum resumo. ¹⁰⁾

§. XI.

Anno 565 obiit Justinianus et succedentes ei principes, laudem legislatoris contaminatis manibus attractantes, meliores leges condere frustra audebant. Taceo de eorum impiis conatibus et sequor fata juris Justiniani: in ori-

⁹⁾ Czacki o Litew. i Pol. prawach T. I, p. 21.

¹⁰⁾ Theologi de praestantia et maxima fere perfectione juris Romani nunquam dubitare possunt, quia patres ecclesiae uti DD. Hieronymus, Augustinus et alii jus illud laudibus ad coelum extollunt. Duck l. c. Lib. I. Cap. II §. 2.

ente Basilius Macedo imperator juris totius civilis constitutionibus imperatorum recentiorum et commentariis jureconsultorum denuo amplificati correcturam a. 867 edere tentavit, quam jam coeptam filius ejus Leo Philosophus opus τῶν βασιλικῶν διατάξεων perfecit et circa a. 887. promulgavit: quae basilica corporis juris Justiniani locum in Oriente occupant.

§. XII.

Prosequamur nunc fata juris Justiniani in Occidente: Roma a. 536. recepta jus hoc in Africa paulo ante promulgatum et in Italia coli coepit, nec unquam inde se deiici passum est, ex Africa autem ab Saracenis occupata a. 647. jus Romanum Justinianum emigravit. Longobardorum regno, qui lege Romana vivere permiserunt ¹¹⁾, in Italia a Francis a. 774. occupato, jus Justinianum per Italiam quidem et Galliam retinuit veterem auctoritatem, quae quanquam sub imperatoribus stirpis Carolingicae, Saxonicae et Franconicae servata, legibus tamen et moribus sensim imminuta est. Seculo demum duodecimo (ante a. 1115.) Germanus Imerius (Guarnerius, Wernerius) in academia Bononiensi maximo auditorum con-

¹¹⁾ Leges Longob. II. 56.

concursu atque applausu jus Romanum neglectum docere coepit. ¹²⁾ Seculo ergo duodecimo cultus juris Justiniani resumtus atque in omnibus fere Europae provinciis praecipue in Germania cum applausu exceptus et regnante Maximiliano a. 1495 per ordinationem judicii cameralis ab hoc imperatore uti jus subsidiarium *quodammodo* approbatum est. Multi erronee quidem asserunt, lege in hunc finem expresse lata jure Romano legibus vernaculis Germanicis tunc demum subrogatum fuisse, sed aliter res se habet. Germani enim imperium Germanicum loco imperii Romani, unius ex quatuor monarchiis institutum, imperatoresque suos successores dignitatis imperatorum Romanorum legitimos esse censebant, ut adeo Germaniam Imperium Romano-Germanicum (*das heilige Römische Deutsche Reich*) vocarent. Qua re superfluum fuisset, legem in receptionem juris Justiniani antecessoris imperatorum dare, instituto autem judicio camerali, cum iudices formula juramenti praescripta et haec promitterent, se ex jure communi judicatu-ros, juramento obstricti eo majori ardore in litibus decidendis, in negotiis privatis ac publicis jus Romanum interpretabantur, cujus judicii superioris exemplum et inferiora

¹²⁾ Pütter's deutsche Reichsgeschichte. (Göttingen 1785. 8.) p. 221.

ora subsellia religiose sequebantur. ¹³⁾ De receptione juris Romani in aliis regnis Europae extra Germaniam non loquar, quam Duck saepe laudatus multis tradit.

§. XIII.

Non solum defectus legum vernacularum jus Romanum recipiendum multis persuasit populis, sed prae caeteris clerus, qui ex pio codice Justiniano maximam utilitatem capiebat, corporis juris auctoritatem ubique terrarum proferre studebat ¹⁴⁾; pontifices maximae autem exemplo imperatorum Romanorum adeo corpus juris canonicum, quo sibi majores praerogativas stipulabant, edere haud cunctarunt.

¹³⁾ Historische Entwicklung der heutigen Staatsverfassung des deutschen Reichs, vom geheimen Justizrath Pütter. Theil I. (Göttingen 1798. 820.) p. 330. 331. et Duck l. c. Nib. II. Cap. II.

¹⁴⁾ von Selchow Geschichte der in Deutschland geltenden fremden und einheimischen Rechte. (Göttingen 1767. 8vo.) §. 98.

Liber secundus.

Jus Romanum Justinianicum et in Polonia habuit vim atque auctoritatem juris subsidiarii.

§. XVI.

Alter ab integro rerum mihi nascitur ordo, hoc libro enim probare in animum induxi: jus Romanum Justinianicum libera republica et in Polonia, ut in caeteris Europae regnis, juris subsidiarii auctoritatem ideoque vim legis habuisse. Autequam autem ad ipsam probationem aggrediar, opus est, ut uberius atque explanatius definiam, quae illa assertio dicere velit. Jus Romanum nostris legislatoribus erat fons atque exemplar ad leges vernaculas meliores ferendas, ex quo optima principia hauriebant, quod imitari haud dedignabantur, intel-

lecta autem divina vi juris Justiniani non cunctarunt id in subsidium legum vernacularum commendare. Quamobrem jus Romanum Justinianicum erat et apud nos fons legum ferendarum et jus subsidiarium.

Cum bonis ominibus, votisque ac precationibus Deorum, Dearumque, divi Ivonis, Justiniani, Divaeque Astreae, Themidisve, si nobis quoque, ut poetis, mos esset, inciperemus hunc librum, ut orsis hujus operis successus prosperos darent, sed freti bona causa, speramus, ipsam pro se locuturam, ac scimus, nefas esse, hos invocare, quorum causam agimus.

Probaturi juris Romani auctoritatem in Polonia vigentem, non ignoramus, nos haud parva suscipere; sunt enim, qui asserant, jus Romanum lege expresse lata nunquam in Polonia fuisse receptum, quorum opinioni doctissimus Polonorum Czacki non solum assentit, sed admirabili et rara eruditione assertionem suam evincere studet, oppugnans quaslibet rationes, quae ab adversa parte afferuntur, jurisque Romani majestatem et dulcedinem a nostris legislatoribus agnitam fuisse testantur.

Diversitatem opinionis, spero, non pariteram mihi odium doctissimi viri, cujus eruditum opus et ei et nostro populo nihilominus est eritque honori, cujus humanitas certo eruditionem

profundam aequat, quae sine studio et ira scripta aegre ferre non solet

Omne feram punctum, si ipse, quod vehementer cupio, doctissimus Czacki in meas partes transierit. Quibus praepositis ad ipsam rem alacrer progredior, meamque, quantum angustum ingenium mihi permittat, imparibus viribus atque armis subiens proelium, liber pronuncio vocem.

§. XV.

Patria nostra a veteri forma regiminis et morum vicinae Germaniae tot instituta adoptavit, ut principes nostri jura theutonica Magdeburgensia Saxonica modo privilegiorum subditis suis concedere atque appellationem Magdeburgum et forsam Hallam, oppida Germaniae Saxonica, permittere haud dedignarentur. ¹⁵⁾

Casi-

¹⁵⁾ His temporibus, quibus urbes cum caeteris subditis paria jura et onera habebant, Boleslaus Pudicus, medio seculo XIII., sequens exemplum Germaniae imperatorum a. 1257. Cracoviae jus Germanicum seu Theutonicum concessit, eamque cum aliis regni urbibus ab jurisdictione castellanorum palatinorumque exemit. (*Naruszewicz* hist. Nar. Pol. T. V. p. 46. T. VI. p. 356.) Quae urbes habebant jus eligendi iudices propria auctoritate, a quorum iudicio appellatio Magdeburgum, usque ad tempora Casimiri Magni, ut supra memini, interponerebatur. (*Jekel* *Pohlens Staatsveränderungen und letzte Verfassung* (Wien 1803.

Casimirus Magnus, rex Polonorum, primus majestati populi Polonici adversum hunc morem abolevit et *ortilegia* ¹⁶⁾ sive appellationem Magdeburgum et Hallam interponi prohibuit, quorum loco instituit iudicia appellatoria Cracoviae a. 1356 in crastino S. Francisci: ¹⁷⁾

I. jus provinciale arcis Cracoviensis,

II. jus regium seu supremum tribunal ex consilibus sex civitatum ¹⁸⁾ compositum,

qui-

1803. Tomi III. 8vo.) T. I. p. 81. T. III. p. 91. — *Lubienii* opera posthuma (Fol. Antwerp.) p. 208.) Hujusmodi privilegia juris Theutonici et aliae urbes obtinere, (*Engel* Fortsetzung der allgem. Weltgeschichte 48ter Theil. (Halle 1796. 4to.) p. 601.) quod inde et Sredense et Novitorense vocatur (*Lanterbach* polnische Chronik (1727. 4to) p. 232. et, si volupe, meam dissertationem de studio juris Polonici (Vratisl. 1806. 8.) §. XXVIII. not. 66. ubi de hac re uberius tractavi.) Regum exemplum mox patricii secuti, admirantes urbium Teutonicarum divitias et vires magis magisque indies crescentes: villis, vicis, oppidisque suis jus Theutonicum, audente rege, dabant. — Rogo amicum lectorem, ut haec memoria retineat, quia inde multa probabo.

¹⁶⁾ *Ortilegium* vox barbara aevi ab *Ortel* (Urtheil) et *legere* (lesen — crytać), wyrok derivatur, quod ex praefatione libri praesumo: Porządek sądów i spraw mieyskich prawa Magdeburgskiego, Cracov. 1562. 4to.

¹⁷⁾ Quod ex subscriptione privilegii patet, minime vero, ut *Duck* saepe laudatus erronee narrat a. 1512. (Lib. II. Cap. XI. §. VI.) quo anno pater Casimiri Magni Vladislaus Locticus adhuc regnavit.

¹⁸⁾ *Naruszewicz* hist. Nar. Pol. T. VI. p. 325. seqq. B 2

quibus institutis jus Magdeburgicum et inde jus commune Romanum, jura communia regni Poloniae designavit, ex quo fluit, jus Romanum uti et jus Magdeburgicum vim juris communis regni Poloniae nactum fuisse. Subrogationes, abrogationes, ac mutationes singularum legum juris communis a principibus Polonorum factae, sicuti eorum sancita vernacula, jura terrestria vocabantur, quibus in casu aliquo deficientibus jus commune habens vim juris subsidarii suppeditabat consilia judici dubitanti et rationem litem aequae atque juste decidendi indicabat.

§. XVI.

Cromer. (ed. Basil. Pol.) p. 319. 320. Appono verba *Cromeri*, quae rem clare exponunt: „Quoniam „vero ab iis judiciis (civitatum jure Magdeburgico „praedictarum) ad Magdeburgense tribunal provocaretur, non sine quadam ignominia Poloni nominis, et magno sumptu ac dispendio litigantium, sustulit eam provocationem *Casimirus* et in „arce Cracoviensi I), supremum et provinciale „judicium Theutonicum constituit, ad quod „provisiones omnes ab inferioribus iudicibus ex „tota Polonia fierent. Cui quidem iudicio praesidet peritus ejus juris advocatus cum septem „scabinis, (sic enim appellari eum quaesitorem cum iudicibus usitatum est), quos magnus procurator arcis legit II), Ab eo quoque iudicio ad „regem est provocatio, a quo extrema causae cognitio binis sex oppidorum sive civitatum decurionibus seu consulibus (nam ab his non est provocatio) delegatur. Sunt autem hae civitates Cracovia, Sandecia, Bochnia, Velisca, Kazimiria, et Ilcussum. Tametsi receptum est posterius, ut rex ipse etiam, si velit, de iis provocationibus cognoscat.“ — cf. et privilegium juris Theutonici *Lasko*: fol. 167. averso, aut Vol. legum I. fol. 143.

§. XVI.

Medio ergo seculo XIII. jus Magdeburgicum et eo ipso jus Romanum in subsidium legum vernacularum in Poloniam est introductum, quod ex natura juris Magdeburgici ex jure Romano et consuetudinibus Saxonum compilato ac composito sequitur. 19)

§. XVII.

Jus Culmense et Lubecense 20), quorum primum et in Masoviae urbibus admissum erat,

19) *Duck* Lib. II. Cap. XI. §. IX. —

Noli tamen credere, benevole lector, jus Magdeburgense, quod et Saxonicum vocatur, esse id statutum, quod privata auctoritate a nobili quodam Saxone Epko de Repkow collectum speculum Saxonicum, jus provinciale Saxonicum et nonnunquam jus commune Saxonicum dicitur, opus quidem aequae vetus, sed juri municipali Magdeburgico posterius. (*Selchow Geschichte der in Deutschland geltenden Rechte* §. 287. seqq.) Jus Magdeburgicum Saxonicum, quod in Polonia obtinuit; erat enim jus municipale seu jus statutarium (*Wylkierz* — *Wylkierz*) urbis Magdeburgi seculo XIII. a scabinis in scripturam redactum, (*Selchow* l. c. §. 313.) quorum sententiae in Germania et vicinis regnis uti oracula aestimabantur. Exstat versio Polonica cum variis ex praxi assumptis additamentis auctore Bartholomaeo *Groicki* sub titulo: *Porządek sądów i spraw mieyskich prawa Maydeburskiego na wielu mieyscach poprawniony*. Cracov. 1559. 4to. prima, ni fallor, editio.

20) *Casimirus* III. confirmato jure solum Culmensi omnia alia abrogavit a. 1476. Vol. leg. I. fol. 229.

erat, utrumque autem in Prussia juris provincialis vim habuit, aequè in defectu legum, quod sane hand raro fit, iudicem jus civile Romanum adire indeque consilia petere cogit. ²¹⁾

§. XVIII.

Jam satis constat ex his, reor, jus Justinianum Romanum primum per Germanos in patriam nostram introductum, ac prius quam in Germania lege expresse in hunc finem lata, institutis tribunalibus appellatoriis a Casimiro Magno, ad quae *in causis tam magnis, quam parvis juris civilis provocaretur* ²²⁾, agnitionem fuisse et vim juris subsidiarii obtinuisse.

§. XIX.

Sequamur nunc ordinem statutorum ac constitutionumstrarum ac videamus, an haec non praebeant, quae meam opinionem allevent. Statutum Casimiri Magni, quod, ut commemoravimus, jura subsidiaria Magdeburgicum et Romanum admiserat, ac posteriorum principum leges Alexander rex, in comitiis Radomien-
sibus a. 1505 habitis, Joanni Lasconi cancellario et paulo post primati regni in codicem redigen-

digendi provinciam dedit. In hoc codice a Lascone congesto et ab Alexandro rege approbato multa continentur, quae juris Romani maturiorem usum et studium produunt, uti summa Raymundi Partenoper V. J. doctoris ²³⁾, Nicolai de Kotwicz scriptum de *jure canonico* ²⁴⁾, quae quamvis solum *ad eruditionem et cognitionem subditorum* annexa ²⁵⁾, majorem propagationem juri Justiniano dederunt. Testante *Jekel* ²⁶⁾, Alexander rex in conclusione statuti seu communis privilegii in fine institutionum juris R. Pont. per Raymundum Neapolitanum conscriptarum disertis verbis dicit: libros legum civilium ad reipublicae et regni universi stabilimentum utilitatemque per Casimirum Magnum receptos fuisse. Non possum de hac re judicare, quia in meo exemplari Lasconis statuti deficiunt ultimae et primae pagellae, quae vulgo crociperis et cuculli fiunt in libris, quos profanum vulgus non intelligit.

Ex statuto a. 1505 lato patet, jura subsidiaria a Casimiro Magno recepta nova sanctione fuisse approbata. Quare qui putaverit, juris Mag-

²¹⁾ *Duck* l. c. §. X.

²²⁾ *Lasco* fol. 167, averso et Vol. leg. I. fol. 143. tit. Privilegium juris etc.

²³⁾ *Lasconis* stat. Lib. II. fol. I. seqq.

²⁴⁾ *Lasco* fol. 69. Vol. leg. I. fol. 317. tit. ut autem tollantur dubia etc.

²⁵⁾ *Lasco* fol. 175. et Vol. leg. I. c. fol. 354. 353.

²⁶⁾ *Dissertationes juridicae Vindobonae* 1801, 8vo. p. 77.

Magdeburgici usu diminuto et de juris Romani, juris istius et vernaculi subsidiarii majesteste actum fuisse, sane in magno versatur errore, quia et posteriorum temporum leges eadem conservarunt jura subsidiaria, quae Casimirus Magnus statuerat, quod constitutio a. 1768 lata clare testatur. 27)

§. XX.

Argumenta in favorem juris subsidiarii Romani Justiniani hucusque enarrata possis dicere indirecta, nunc jam ad propiora transeamus: Casimirus Magnus convocatis a 1347 Visliciam ad comitia ordinibus primum dedit Polonis codicem legum, atque in praefatione ejus maximis laudibus haud injustis effert Justinia-

27) Vol. leg. VII. tit. Objaśnienie Konstytucyi de illegitima prole, quae hujus est tenoris:

„a zaś statut Króla Ale- „reassumendo statutum
xandra, Antecessora „Alexandri regis, ante-
naszego anni 1505. re- „cessoris nostri de a. 1505.
assumując, postanawia- „statuimus, etc.“
my, etc.“

Constitutio M. D. Lith. de a. 1776. abolevit quidem in multis civitatibus Magdeburgias, nimirum magistratus jus Magdeburgicum exercentes, minime autem jus Magdeburgicum modo privilegii iis concessum ademit, loco indoctorum scabinorum instituit palatinos, quorum jurisdictioni oppidanos jure Magdeburgico gaudentes subjecit, comitia autem Varsav. 1791. et Grodnensia a. 1795. veterem formam regiminis urbibus Lithuanicis reddiderunt.

num 28), ex quibus juris Romani Justiniani scientia et cognitio perfectior apparet, cui haud dubie jus Magdeburgicum primum patefecit aditum.

§. XXI.

Doctus Czacki putat quidem, etsi non asserat 29), praefationem hanc non esse opus Casimiri

28) Vol. leg. I. fol. r. „Sed ut reliquos omittam „quot divi et religiosissimi imperatoris Justiniani amplissima et emendatissima volumina „exactissima diligentia, vigilia et cura? exercitatio denique et opera enixissima rei bellicae? Hinc etiam multi gravissimi et praeclarissimi Romanorum consules, tribuni aut censores, „ferendis legibus auctores fuere, et a quibus leges denominatae, ut consulares, tribunitiae, „Juliae, Corneliae. Nam sub Octaviano Caesare „suffecti consules Papius et Pompejus leges tulerunt, quae nominibus eorum appellantur Papiam et Pompeiam. Sub eodem quoque imperatore „Falcidius tribunus plebis legem fecit, ex cuius nomine lex erat Falcidia. Aquilius quoque legem condidit, quae haecenus Aquilia nuncpatur. Sic Julia, sic Cornelia, sic Catoniana regula etiam legibus a Catone inserta. Quorum nomen quoque adeo clarum, adeo celebre est, ut „non solum urbem sed orbem bene totum suis temporibus praesentia, postea vero memoria sua „ac splendore (illustravit?) illustraverit. Ex eo „namque accuratissima illa invictissimi Casimiri „syntagmata et ordinationes efficacissimae, quibus Romanorum procerum exemplo res suas „subditorumque honestis moribus illustrare voluit; legitimisque juris muneribus et belli juri „hujus munire. Quas limatas et pumicatas (cum „hoc vel maxime bibliopolae sibi persuasum habent et curant) accipere, legere, volutare et „amplecti saepius atque iterum non sufficiat „quaeso.“

29) In opere, cui est titulus: O Litewskich i Polskich

simiri Magni, sed posteriorum temporum figmentum, forsane aevi Joannis Alberti, inventa jam arte typographica, additum. Diversitatem styli, autologum Casimiri sibi invictissimi nomen tribuentis, correcturam per bibliopolas operis sui, ut auctor putat, inediti suscipiendam affert idem ad probandam suam opinionem: „Prologus seu „praefatio, ait auctor, fronti statuti Casimiri „Magni praemissa esse potest opus plane diversum ab ipso statuto. Diversitas styli haec probare videtur. Quomodo Casimirus Magnus „condens leges potuisset de se ipso tamquam de „altero loqui sibi nomen invictissimi tribuere, quomodo potuisset de emendandis per bibliopolas erroribus operis sui inediti disserere, „inscius, an qui in exemplaribus manuscriptis „fuerint?“

§. XXII.

Haec autem erudito auctori opponam, et quidem primum, quoad diversitatem styli: Leges et sancita principum, quae non sunt orationes pro rostris, diverso sunt utique scribenda stylo, ac praefatio, quae vim legis habere non potuit; plane ergo concedo: scripta erat diverso modo loquendi, sed vox legislatoris differre

Kich prawach, o ich duchu, źródłach, związku i o rzeczach zawartych w pierwszym statucie dla Litwy 1529 R. wydany. (w Warszawie Tom. I. 1801, 4to), Tomo I. p. 27.

ferre non solum potest, sed etiam debet a voce scriptoris seu historici de legibus antiquis disserentis. Tunc quoad autologum Casimiri; perfecta cum debita attentione iterum atque iterum praefatione Casimiri Magni quisque facile perspiciet, legislatorem nostrum non de se, sed de Casimiro Justo, suo antecessore, loqui, eique, non sibi nomen invictissimi tribuere; a qua mea quidem sententia Jekel jam laudatus habet non absimilem opinionem.³⁰⁾ Quoad corrigendos errores denique: ex his, quae praemisi, constat, non de suo statuto, sed de legibus Casimiri Justi legislatorem nostrum monere. Haec desuper addo: margines in statuto Lasconis appositae in editione legum Carncovicanae omissae, uti et particula: *Nos ITAQUE Casimirus II. etc.* statutum cum praefatione jungens, probant: proemium minime esse additamentum posteriorum temporum, sed re vera opus autographum Casimiri Magni.

Neminem nunc fore reor, qui de authentica praefatione Casimiri Magni dubitare possit, et laudes juri Romano Justiniano a scriptoribus statuti juste attributas, et studium jus civile Justiniani imitandi non agnoscat.

§. XXIII.

³⁰⁾ Dissertationes juridicae (Vindobonae 1801. 8vo) p. 76.

§. XXIII.

Percurramus statutum jam ipsum Casimiri Magni multa ad nostram opinionem fulciendam praebiturum: Quis in lege: *de fluvii aut rivuli fluxu* 31), non dignoscat doctrinam juris Justiniani: *de alvei mutatione*? 32)

§. XXIV.

Porro ipse Casimirus provocans ad auctoritatem legum Romanarum 33), suis sancitis eo majorem majestatem addere studet, clare sanciendo: filium familias absque auctoritate patrisfamilias contrahentem, de mutuo paciscentem, aut ludo aliquid amittentem senatusconsulto Macedoniano juvari. 34) Quae provocatio regis docet, tantam jam auctoritatem temporibus Casimiri Magni juri Romano in Polonia fuisse, ut lege in hunc finem lata eam sancire opus non esset. Apparet quoque ex hac lege, jam prius, ut docui, cum jure Magdeburgico jus Romanum in Polonia vim juris subsidiarii obtinuisse.

§. XXV.

§. XXV.

Antequam ordinem statuti Casimiri Magni ulterius prosequar, admonere debeo, legislatores nostrum, non hoc solo casu, ut Czacki putat 35), ad Senatusconsultum Macedonianum provocasse, quando minorennis ludo taxillorum aliquid amittat, cum lex illa Romana et quoad personas et quoad res extensa esse mihi videatur. Non ex titulo, sed ex lege id praesumo, quae non solum de minorennibus, sed de majorennibus quoque filiisfamilias in patria potestate constitutis aliquam pecuniae quantitatem ludo amittentibus loquitur, quae porro Judaeis prohibet, ne hujusmodi filiisfamilias mutuument, quae denique omnes etiam contractus cum filiofamilias in patria potestate constituto nullum peculium habente initos pro nullis declarat atque annihilat. 36)

Doctus Czacki nullis argumentis hanc legem oppugnat et concedit quodam modo, Casimirus M. hoc statuto juri Romano Justiniano vim legis vernaculae tribuisse.

§. XXVI.

35) l. c. p. 29.

36) Abdico opinioni falsae, quam in dissertatione de studio juris Polonici §. 30. proposui, verba juveneturque Scto Macedoniano parenthesi inclusa profanae manus additamentum esse, repugnat enim huic assertioni et tenor legis, et statutum Lascomis, et manuscriptum vetus, quod habeo.

31) Vol. leg. I. fol. 3. tit. laud.

32) Lib. XLI. tit. I. D. de acquirendo rerum dominio.

33) Vol. leg. I. fol. 31. tit. de ludo taxillorum.

34) Lib. XIV. tit. VI. D. de Scto Macedoniano.

§. XXVI.

Quibus praemissis ad ordinem rerum revertor, novumque argumentum aequè grave ex statuto Casimiri Magni assumtum, *de incendiariis et exustoribus* legem, assero, quae rex rursus ad legem imperialem seu jus Romanum provocans ³⁷⁾, statuit, ut hujusmodi criminis rei in civitatibus aut villis theutonicilibus latentes, ubi patrocinium injustum, ut olim in templis, quaerere solebant, extra forum trahantur et in jure Polonico respondere teneantur.

§. XXVII.

Czacki praesumit, regem contra abusus solum cleri, quocum varias habebat rixas, in exemplum jus tanti momenti adduxisse, ³⁸⁾ sed lex haec nil praecipit de clero, renitentiam eorum non refrenat, rixas non delet, sed solum clavis verbis analogice statuit, ut castellani et palatini non attentis privilegiis civitatum jure municipali Magdeburgico gaudentium, in-

con-

37) Vol. leg. I. fol. 28. „Ex lege imperiali clara luce nobis constat, quod incendiarii et exustores domorum, horreorum, aut quorumvis bonorum voluntarii morte crudeli et turpissima puniantur, quibus etiam inventis, si ad ecclesiam effugiant, patrocinium ex hoc nullum debeant obtinere, propter criminis damnati saevitiam, consueverunt enim hactenus, etc.“

38) l. c. p. 23.

condiarios in his asyis refugium injustum petentes sine ulla mora repeterent et punirent. Itaque haec lex quoque ex mea opinione probat imitationem juris Romani Justiniani et receptionem ejus jam anteriorem.

§. XXVIII.

Praeter illa, multa in statuto Casimiriano occurrunt, quae ex jure Romano descripta esse videntur, namque doctrina difficilis juris Justiniani de praescriptione persaepe congruit. ³⁹⁾ Facile lector cupidus has similitudines ipse detegat, mitto ergo haec. Saepenumero in statutis et constitutionibus posteriorum temporum legislatores nostri non intermittunt quoque mentionem juris civilis Romani. ⁴⁰⁾

Inter alias similitudines juris vernaculi cum jure Romano conservatas, inprimis aequalitas dotis cum inscriptione a maritis Polonis uxoribus fieri solita, lingua Polonica *reforma, reformacya, oprawa* dicta, quemlibet convincere debet, quod nullo alio hic mos apud nos innititur fundamento, nisi jure Romano, quae aequalitas dotis cum donatione propter nuptias, harum augmentum et privilegia, eodem modo, quo apud

39) cf. Kazimierz Wielki, w Warsz. 1777. 4to. (auctore Mutzech) p. 37.

40) Vol. I. fol. 78. tit. de Judaeis.

apud nos servantur, descripta sunt 41), et ergo nobis, quamvis non lege, tamen certe exemplo erant, quod bene me docuit Christ. Theoph. Steiner, praeses iudicii municipalis Thorunensis, quem liceat mihi amicorum amicissimum debita pietate ac reverentia, cum gratiarum actione palam profiteri.

§. XXIX.

Auctoritatem juris Romani et legislatoribus et iudicibus semper unam eandemque, quam Casimiri Magni temporibus, fuisse, docent constitutiones et posteriores, quas tradam, postquam monuero, esse, testante Jekel 42), quosdam, qui constitutione Stephani regis de a. 1576. juris Romani usum prohibitum esse 43), dictitent. Sed et hi infirmo nituntur talo, lex enim

41) Nov. 97.

42) l. c. Dissertationes jurid. p. 78.

43) 1576. Vol. II. fol. 900. §. Także obiecuiemy.

„Także obiecuiemy, iż
 „wykładów nie przy-
 „puścimy, ani wywo-
 „dów żadnych z prawa
 „obcego, ani daniny z
 „przodków naszych dobr
 „prawem dziedzicznym
 „nadanych, aby miały
 „bydź za lenne poczyta-
 „ne, tylko na którychby
 „stało mianowicie, że sa
 „nadane jure feudali.“

„Aeque promittimus,
 „nullas nos admissuros al-
 „legationes, neque proba-
 „tiones ex jure exotico, si-
 „mul ac nunquam permis-
 „suros, ut bona a nostris
 „antecessoribus jure hae-
 „reditario concessa pro
 „feudis haberi possint, ex-
 „ceptis his, ex quorum
 „concessione constat, quod
 „collata fuerint jura feu-
 „dali.“

enim haec tantum in feudalibus in unico casu, nimirum in probando, donationes antiquas haereditarias esse feuda, jura externa allegare prohibet, in caeteris vero secus; cum exceptio firmet regulam in casibus non exceptis, quod recte Jekel, duce Zalasowski 44), animadvertit, addens; hanc prohibitionem tantum jus Longobardicum, Allemannicum, et Saxonicum feudale tangere, juri autem Romano, cui uti Polonico, feuda plane sunt ignota, minime obesse 45). Gratias, easque maximas agamus ingenio Stephani sapientissimi, regum Polonorum maximi, quod feuda, quae Germaniae erant detrimento, in nostram non admiserit patriam.

§. XXX.

Num vero aliquo fortiori argumento probare possum: jus Romanum Justinianum et legislatoribus et iudicibus nostris semper omnium princeps fuisse, cujus auctoritatem omnes fere populi victores et victi ubique terrarum agnoverint, nisi constitutione a. 1786. lata, qua legis

44) Zalasowski juris R. Pol. etc. ed Posn. Tomo I. Lib. I. p. 17.

45) Allegat Jekel Hugonem Grotium de jure belli et pacis Lib. I. cap. 3. §. 25. et Henr. Hornii juris prud. feud. cap. I. §. 15.

legislator, annuente populo in comitiis congregato, novum codicem juris Polonici edi et imprimis juris Romani auctoritatem designatoscol-lectores prae caeteris juribus sequi jussit? 46)

§. XXXI.

Jus Romanum leges nostros *jus commune* (prawo powszechne — das gemeine Recht — le droit commun) vocare consueverunt, quia in subsidium quorumvis jurium et vernaculorum et exoticorum municipalium, pro quibuscunque civibus et nobilibus et oppidanis, deficiente lege vernacula, receptum erat. Scio quidem, et in aliis regionibus jus Romanum sub hac voce juris communis venire, sed non ignoro quoque rationem, quae, quaquaversus, ubi ei nomen illud obvenit, est una eademque, quare haud injuste ex illa denominatione juris Justiniani

46) Którzy prawa nay-
„przódz statutu Litew-
„skiego, potym z kor-
„rektury Pruskiéy, a na-
„ostatku i z powszechnego
„cywilnego Rzymskiego lub
„innych obcych praw
„wszelkich na nastę-
„pujący seym napiszą i
„podpiszą i stanom do-
„uwagi, wybrania, od-
„miany lub poprawy
„podać.” „Qui designati primum
„ex statuto Lithuanico,
„tum ex correctura Pru-
„thenica, denique ex jure
„communi civilis Romano, aut
„ex aliis quibuscunque juri-
„bus exoticis ad futura co-
„mitta jura colligant ac
„collecta subscribant, co-
„mittisque futuris ad dis-
„cutiendum, eligendum,
„immutandum atque em-
„mendandum proponant.”

Trębicki voce; Trybunały Vol. II. fol. 226.

anei argumentum receptionis juris Romani et in Polonia ducere audeo.

§. XXXII.

Qui autem sexcentis exemplis convinci cupiunt, non contenti uno alterove argumento, dubitantque nihilominus de auctoritate juris Romani in Polonia vim juris subsidiarii habentis, evolvant statutum Lithuaniae 47), quo legislator praecipit, ut deficientibus legibus vernaculis iudex normam juris Romani sequatur. Et apud caeteros populos nostro confines, utpote Germanos, Hungaros, Bohemos, Gallos jemdudum in subsidium jus Romanum vocatum fuisse et illis temporibus maximam habuisse auctoritatem 48), nemo inficias ibit, quare legislator nullum aliud jus, quam Romanum Justinianum per ista indicasse atque subintelligisse vide-
tur

47) Cap. IV. art. LIV. verbis:

„A gdzieby czego w tym „Si vero in statuto hoc ali-
„statucie niedostawało, „quid deficiat, tunc judi-
„tedy sąd przychylać „ces secundum consci-
„się do bliższej spra- „entiam et ad exemplum alia-
„wiedliwości według ra- „rum legum Christianorum li-
„mienia swego i przykładem „tem dirimere et jus dice-
„innych praw Chrześciań- „re tenentur.”
„skiel to odprawować i
„sądzić ma.”

48) Otrowski prawo cywilne Narodu Polskiego (w Warsz. 1787. 8vo) Tom. I. p. 5.

tur. 49) Quo posito, addo, quod statutum Lithuanicum non solum in Magno Ducatu Lithuaniae sed in regno Poloniae quoque vim legis habuerit. Quare simul cum statuto Lithuaniae et Jus Romanum Justinianicum iterum in subsidium juris in ipsam Poloniam vocatum est.

§. XXXIII.

Juris Romani auctoritas in Polonia ita patuit etiam alienigenis, ut eam cum debita reverentia colerent, eique veterem subsidiariam vim tribuerent, quod Jekel saepe laudatus meminit. 50)

§. XXXIV.

Enumeratis legibus, quae juri Romano Justiniano debitam justamque auctoritatem ac vim legis subsidiariae tribuunt, ad clarissimos juris

49) Legem ergo utique indirectam esse censeo dissentiente Czacki T. I. p. 5. not. 22.

50) DD. juridicae p. 80.

In Galicia lege 13 Decembris 1796. lata: „In omnibus tam successionis, quam et aliis judicialibus casibus, super quibus neque novis legibus, neque constitutionibus patriae quidquam juris statutum est, usque ad introductionem novi civilis codicis jus civile Romanum (cum ejus applicatio in subsidium juris statuto Casimiri Magni de a. 1347. Vol. I. tum statuto Lithuanico praescribitur) in subsidium juris applicandum est.“

juris patrii scriptores pedem refero, qui omnes mecum (aut, ut modeste loquar, ego cum iis) juri tot jam memorato vim legis agnoscunt. Bartholomaeus Groicki interpret et editor juris Magdeburgensis, testatur 51), deficientibus legibus judices jus Romanum consulere. Idem auctor in opere altero eadem repetit 52), ac provocans ad fontem, ex quo hanserat, disertis verbis denuo asserit 53).

Quae cuncta etiam coevam juris Romani cum jure Magdeburgensi in Polonia receptionem, de qua supra multis locutus sum, probare videntur.

§. XXXV.

Thomas Dresner Leopoltanus similium juris Polonici cum jure Romano centuriam edens

51) Porządek sądów i spraw mieyskich prawa Maydeburgskiego, etc. w. Krak. 1562. 4to. p. 4.

„A wszakże, gdy na co „Deficiente autem lege
„niemaia prawa pisane „in jure Magdeburgico ad
„go w xiegach prawa „litem aliquam deciden-
„Maydeburgskiego ku „dam necessaria, consili-
„rozstrzygnienu spra „am petere solent ex jure
„wy, o którą prza jest „Romano Caesareo.“
„i gdzie nie stawia przy
„wileiów, nciekaia się
„do prawa Cesarzkiego.“

52) Tytuły prawa Maydeb. etc. Cracov. 1675. 4to. p. 20.

53) Artykuły prawa Maydeb. 1565. 4to. p. 43.

edens 54), monstrare studuit, quantaе jus Romanum Justinianum apud nos auctoritatis fuerit. Exemplum Dresneri, testante Czacki, multi secuti juri patrio tenebras noctemque attulerunt, nescio autem me Hercule, qui et quot? si enim in multis Dresnerus, quod non nego, tales similitudines invenerat, quae ex natura rei procedant, aut ubique terrarum occurrant, nemini viam altiora petendi opere suo laudando praeclusit.

§. XXXVI.

54) Cujus opus talem fessit titulum: Similium juris Poloni cum jure Romano centuria una auctore *Thoma Dresnero Leopolitano* Parisiis 1602. 4to. Czacki erronee eum vocans Jacobum (l. c. T. I. p. 4. not. 22) putat, eum esse Germanum, quod tamen titulus libri negat. Nescio, an ex determinatione vocis de origine hominis jure praesagire possimus et qua ratione Dresnerum indignum patria Polonia censeamus. Doctissimus et humanissimus Czacki igitur ex memoria libri titulum descripsisse videtur, quia neque cognomen, neque annus (1604?) libri cum meo exemplari congruit. Auctor sane jus et voce et re scartabellatus exercere noluit, concedat inde, rogo, etiam atque etiam, jus indigenatus Dresnero atque Augustino Rotundo Milesio, etsi et hic auctoritatem juris Romani defenderit, cujus opera inedita paucis tetigisse non sufficit, quia Janocki testans, eum fuisse Polonum, nil de ejus manuscriptis ineditis narrat. (Janociana sive clarorum atque illustrium Poloniae auctorum maecenatumque memoriae miscellae. Vars. et Lips. 1776. Vol. I. p. 225.) Ipse tamen auctor quodammodo invitatus et incius altero loco concedit ei patriam Poloniam (l. c. in praef. T. I. p. VIII.)

§. XXXVI.

Quis audeat negare, nostras leges magis bonum atque jus publicum, magis utilitatem privatorum quorundam spectare, quam bonum privatum cujusvis generis civium? Existente casu, exigente necessitate leges nobiles solum in comitiis condere solebant, quo eveniebat, ut multae juris materiae maximi momenti plane neglectae in legumstrarum voluminibus certo haud parvis frustra quaerantur. Quam ob rem ex recentioribus Theodorus Ostrowski 55), sicuti ex veterioribus Thomas Dresner supra laudatus 56) recte affirmant, quod solum mediante studio juris Romani jus patrium melius intelligi possit et eodem suppleri debeat.

§. XXXVII.

Vir prioribus temporibus eruditione profunda et rara doctissimo nostrorum temporum Czackio fere equiparandus ac de jurisprudentiae nostrae reipublicae studio bene meritus Nicolaus Zalasovius (Zalasowski) diserte testatur 57), deficiente jure particulari scripto aut particulari con-

sue-

55) Prawo cyw. N. Pol. T. I. p. 3 & 9.

56) Institutionum juris R. Pol. libri IV. etc. opera Thomae Dresneri Leopolitani, etc. Zamosci 163. 4to. p. 3.

57) Jus R. Pol. Vol. I. Lib. I. tit. II. p. 17.

svetudine ad jus commune regni, nimirum statuta et constitutiones vel consuetudinem generalem esse recurrendum, et iis quoque non existentibus ex jure communi Romano consilium et salutem petenda esse. Cui Lubienius optimo jure assentire videtur ⁵⁸), enumerans inter instituta voluminum legum a majoribus designata jus Romanum Justinianum.

§. XXXVIII.

Bene ergo Załaszowski, Lipski, Dresner, Przyłuski, Ostrowski et forsane sexcenti alii scriptores minorum gentium juris Polonici deficientibus legibus vernaculis jure Romano eas supplebant, minime dedignati exotico uti jure, eique debitam vim auctoritatemque concedere.

§. XXXIX.

Czaccki quidem studet solo dicto Cerasini (Kirstein, Kirschstein) omnium jurisconsultorum opinionem funditus evertere ⁵⁹). Ad haec pau-

⁵⁸) Stanisłai Lubieński opera posthuma. (Antw. fol. 1643) p. 222.

⁵⁹) l. c. p. 20.

„Nielubią nasi prawo
„Rzymskie, trzeba go
„się długo uczyć, błakać
„się iak w lesie, a u nas
każ- „Nostri fugiunt jus Ro-
„manum difficile discen-
„dum, in quo uti in silva,
„errare poteris, quilibet
enim

paucis respondeo: Cerasinus ironice depingit odium hominum ignaviorum et indoctorum, quod vitium nunquam Polonorum sanioris mentis praecordia tenuit neque tenet. Cultor juris Magdeburgensis temporibus Sigismundi I. et Sigismundi Augusti vivens Cracoviae non potuit aliter, nisi ironice ista proferre, quibus omnium aetatum auctoritatem et studium juris Justiniani oppugnare frustra tentaveris.

§. XL.

Etsi verum tamen Czackio concedam, jus Romanum Justinianum neque lege expressa lata neque jussu principis fuisse receptum ⁶⁰), concedat ille mihi quoque e contrario rogo, jus Romanum in foro, in privatis et publicis, introducto jure Magdeburgensi, vel usu (eoque tacito consensu populi et principis, ergo quodam modo etiam (lege) quod nemo negabit, agnitionem fuisse. Acta publica, sententiae iudicum, scripta jurisconsultorum persuadeant de veritate assertionis meae et faciant mihi fidem, peto et vehementer cupio. Nil interest, an lege in hunc finem lata, an solum usu jus Romanum fuerit

„każden chce sądzić tak, „enimnostratum tali modo
„jak mu dziadek i pra- „lites dirimere cupit, qua-
„dziadek powiedział.“ „li ab avo atque ab avo di-
„dicerit.“

⁶⁰) l. c. T. I. p. 28.

fuerit introductum et receptum. Non contendo de medio, sed de fine. Erat ergo majestas juris divi Justiniani et Polonis nota; nam legislatores, iudices, jurisconsulti libenter sua sponte eam sequebantur et sine dubio sequentur.

Clerus, qui prae caeteris jam antiquitus ius canonicum et civile perdiscere solebat, data copia libenter praecepta ejus quocunque tempore et loco propagare non cunctavit, quare et in nostra republica, ubi, recepto cultu Christiano, primis honoribus non solum ecclesiae sed etiam civitatis fungebatur, in aula, in comitiis, in foro primam et decisivam habebat vocem, in colloquiis generalibus subsequenti- bus temporibus in curiam et comitia translatis ius dicebat, foedera cum sociis populi Poloni auctoritate regis, senatus, populi-que consensu saepe inibat, pacem bellumve finitimis populis iubente rege et annuente senatu populoque Polono dabat, leges jussu principis colligebat et ut tum ubique gentium fieri solitum fuit, plerumque earum suator et auctor erat, pro parte sua sane recipiendo juri Romano in nostris regionibus non segniter opem tulit. Quantae autem auctoritatis a primordiis reipublicae recepta Christiana religione clerus in Polonia fuerit, testatur fere coaevus Dithmarus Merseburgensis. 61) Confirmatur autem assertio mea exemplis

61) *Chronici Dithmari* ed. Maderi (Helmestadii 1667 4to) p. 232. in fine.

plis similibus in aliis Europae partibus, quae quidem exempla 62) ita accidisse ipse illustrissimus Czacki fatetur.

Superest antiquissimum in Kadlubkonis libro II. ed. Lipsiensis p. 640 testimonium, epistola VII. Matthaei de gente Cholewa Episcopi Cracoviensis (+ 1166.) ubi tota de adoptione dissertatio cum distincta juris Rom. mentione legitur. Nec laudato testimonio obesse possunt dubitationes de genuinitate et antiquitate operis Vincentii Kadlubkonis, nam quocunque tempore illud adauctum vel vitiatum vel interpolatum fuerit, jampridem factum fuisse notum est, ideoque patet usum juris Romani in Polonia antiquitus obtinuisse. 63)

§. XLI.

Vir quidem doctissimus studet evincere odio septentrionalium populorum juris Romani, quod majores nostri ex eo nullas hauserint leges 64), sed ut pagani cultum Christianum oderunt, ita barbari juri extraneo utique non favebant, nihilominus autem ille per totum urbem terrarum est propagatus et hoc ubique, exposcente populo, annuente principe, paulatim est receptum,

62) *Duck* I. c. Lib. II. cap. XI. §. XI.

63) I. c. T. I. p. 16. 17.

64) *ibid.* p. 15.

tum, odium enim disparuit atque amor et studium commune locum illius occupavit. Ita Germani, extincto odio, quod Czacki negare non audent ⁶⁵), jus Romanum amplexi, cur ergo Poloni id fecisse, ab eo negantur? Statutum jam Casimiri Magni nostra probat, adversa refutat argumenta.

§. XLII.

Omnino autem ignoro, an receptum jus Romanum Justinianicum nobis esse possit dedecori, omnes enim fere populi serius ocus eandem viam secuti sunt, neque Germanorum, Gallorum, Hungarorum, Bohemorum caeterorumque jura vernacula antiquioribus temporibus pervenerunt ad id fastigium perfectionis, quo Casimirus Magnus, rex Polonorum, nostra efferre ausus est. Sed hi populi fere omnes studium nostro populo innatum, quo ad bonas leges, *illis temporibus* ferebatur, ignorarunt, qui quidem prohi dolor conatibus tot frustratis, ⁶⁶) regiminis forma ad occasum reipublicae jam urgentibus fatis vergente ad summum fastigium progredi non potuit atque in solatium jure Romano uti nunquam dedignatus est, quod in eadem auctoritate semper conservavit.

XLIII.

§. XLIII.

Vindicata auctoritate juris Romani Justiniani et luculenter, ut spero, usu ejus in Polonia probato, restat dicere, quae partes corporis juris hujus vim legis subsidiarii apud nos haberint: ⁶⁷) eadem partes, nisi fallor, quas Germaniae forum agnoscit, et in tribunalibus Poloniae vim legis habebant. Pro mea opinione pugnant: primum tam multa instituta reipublicae patriae ad instar Francorum, honores ad munia belli et pacis et alia ex occidente recepta; tum indubia et coeva receptio iuris Romani cum jure Magdeburgensi cum Germanorum colonis in nostras regiones deductis, qui sicuti in caeteris morem gentis suae strictissime servarunt; ita etiam in his ab eo vix recesserant, quae

⁶⁷) In Germania obtinuit regula: quidquid glossae non agnoscit, non agnoscit curia, et inde novellae inglossatae et codicis fragmenta nonnulla a Cuiacio et alijs e pulvere erudito eruta ne subsidiariam quidem auctoritatem in Germania et in Gallia habent; non ex hac tamen ratione, quod applicari non possint, nec quod glossae Accursii et aliorum glossatorum vim obligatoriam legis habeant, sed ex hac sola causa: quod glossa docet, quae partes tempore taceat receptionis juris Justiniani prostiterint et ergo receptae fuerint. Glossatorum editionum corporis juris prostant plures, quas mitto, quia in quovis historiae juris compendioso leguntur; distinguendae sunt autem ab editionibus cum notis et observationibus jurisconsultorum eruditorum posterioribus temporibus vulgatis, quorum notae non sunt glossae.

⁶⁵) ibid. p. 18.

⁶⁶) Quae Czacki paucis tract. T. I. p. 31. seqq.

quae jura quidem postea non solis alienigenis advenis sed et indigenis concessa fuisse, nec solis civibus oppidanis sed aliis et nobilibus jure Teutonico uii licuisse, quod ante et cum Magdeburgensi in Poloniam allatum fuerit, cuilibet nostrum notum est. Denique stat pro mea sententia, quod primi doctores et magistri juris in academiis nostris ex Germania accersiti haud dubie eodem modo doctrinam juris tradiderint, quo ipsi eam perdidicissent, eademque ratione eandem in nostris regionibus propagarint, qua ipsi fuerint imbuti, haec solum agnoscentes, quae Germania agnovisset; tandem quod incerta origo, an authentica sint non glossata posterioribus temporibus eruta additamenta et judicibus Polonis sine dubio eorum agnitionem dissuasit; postremo quod re vera et in judiciis Poloniae solum authenticas certae originis partes juris Romani in decidendis litibus interpretari consuetum fuerit.

§. XLIV.

Neque vero Libri feudorum Longobardici unquam apud nos vim legis obtinuerunt, quia institutum illud feudorum barbarae inventionis a Polonis, et moribus et ingenio diverso plane populo, nunquam fuerat plenarie adoptatum, quod Biever quodammodo probavit. ⁶³⁾

§. XLV.

⁶³⁾ Christ. Gottl. Bieveri disquisitio de origine et indole feudorum Polonicorum legibusque feudali-
libus

§. XLV.

Jam ex his, quae supra commemoravi, sequitur, quod solum lectio, quae dicitur vulgata, nulla

libus in Polonia receptis. Legitur ea in opere a Zepernick edito; *Miscellaneen zum Schreyde desammet und herausgegeben von Karl Friedrich Zepernick*, in T. IV. (Palle 1794) p. 494 — 516. cf. quoque si placet et meum opusculum de studio juris Polonici l. c. p. 55. ubi paucis enarravi, quae in Bienero continentur.

At nec originem, nec naturam feudorum perquiro, quae quodlibet compendium hujus juris docet, sed distinguo inter feuda publica et privata, et primum quoad publica, concedo, fuisse in Polonia feuda regno subjecta, maximo patriae nostrae detrimento, quoad privata autem dubito, an fuerint feuda nobilium, nimirum nobilitati a principe data, ingeniorum aut nobilium ab aliis ingenius accepta et hinc ortae subinféudationes. Polonorum enim ingenium semper abhorruit hoc barbarum institutum. Locationes juris Theutonici, si cui placuerit vocare feuda, qui nescit rerum naturam secernere, habeat sibi, sed probationem certo difficilem habebit. Libri feudorum a Lascone *ad eruditionem subditorum* (Vol. leg. I. p. 555) in statuto primo editi probant meam opinionem, quia non obligandi sed instruendi fine evulgati nimium ardorem Lasconis prodant, qui omnia instituta Magdeburgensia inde et jus feudale Saxonicum in nostram patriam inferre insane ex optavit.

Quamvis in jure publico occurrant multa instituta feudis similia, nunquam tamen naturam feudorum habuerunt ac, ii qui publica bona tenebant, non possidebant ea ex investitura, et nunquam ad potestatem feudatiorum in exteris regionibus usurpatam pervenerunt. Eruditissimus Czacki opus maximi momenti susciperet, si solita eruditione suam (l. c. T. I. p. 271.) aut meam opinionem probare vellet.

nulla vero alia aequè apud nos, ac in Germania, et Gallia in subsidium vernacularum legum fuisset recepta.

§. XLVI,

Enucleata historia juris Romani Justiniani prima parte opusculi, expositis argumentis parte secunda receptionem juris Romani in Polonia probantibus, jam ad ultimam tendere nil memoratur.

Liber tertius.

De juris Romani Justiniani majestate et praestantia atque de ejusdem indelebili auctoritate et necessario ante omnia cuiuslibet studio, qui jurisprudentiae operam recte navaturus sit.

§. XLVII.

Hoc libro, ut in praefatione monui, monstrare cupio, jus Romanum nec abrogatum esse, neque unquam abrogatum iri, cujus studium semper his primum omnium erit, qui in succum et sanguinem jus, quod discunt, convertere vere cupiunt. Nemo derideat me, rogo, legat ad finem has paucas pagellas et de perlectis judicet benigne. Humanum est quidem er-

rare, sed vereor, ne ipsi censores errent, qui falso fuco opinionis capti, me vana suscepisse clamitent.

§. XLVIII.

Tanta inest majestas juri Romano, ut omnes populi, qui codicem legum vernacularum edi curarunt, ex jure hoc sicuti ex primo et purissimo fonte haurirent optima praecepta, ita enim et Borussi, et Austriaci, et Francogalli, immo vero et Russi juris hujus et ordinem et rerum divisionem et saepe ipsa sancita servarunt, ut dixeris, in multis solum jus Romanum eos vernaculo sermone reddidisse.

§. XLIX.

In omnibus fere regnis Europae et in his, ubi jus Romanum jam dudum est abrogatum, publice in academiis docetur, quia sine scientia hujus juris perfecta cognitio totius scientiae juridicae aut cujusvis solui provincialis seu particularis vix cogitari potest. Bene ergo jus Justiniani fundamentum omnium jurium fertur, quo intellecto facile quodcumque aliud intelligitur. Francogalliae legislator, edito novo codice, nihilominus studium juris in scholis juris docendum et discendum commendat. 69) Bo-

rus-

russiae reges, promulgato olim juris terrestris universalis corpore, nunquam studium juris Justiniani abrogarunt, immo candidati juris obstricti erant, finito cursu academico triennali, unum, alterumque examen inprimis ex jure Romano rigorosum subire. In Austria, quod neminem latet, studium juris Romani ab antiquissimis temporibus a principibus, ex ratione forsitan magis publica, quam privata, maxime fovebatur, quare videmus, spectantes finem, non causam, et nunc, ubi ardor juris istius semper idem manet, multos ibi doctos ac juris Romani Justiniani peritissimos viros. Non perlustro alia regna, quaquaversus enim studium juris hujus viget, ubi imperantes curant, ne leguleii et juriscientes sed jurisconsulti honesto hoc nomine dignissimi de tribunali non ex aequo et bono pro lubitu sed ex justitia secundum leges jus dicant litesque bene dirimant.

Atqui Francogalli nimio aequae libertatis studio abrepti ordine rerum pristino fere omni olim sublato, etiam jus Romanum Justinianum e Gallia expellere conati sunt, qui quidem conatus, ut multa alia tentamenta per se evanuit, namque doctissimi jurisconsulti, postquam Invictissimus Imperator Napoleon certo rerum statu republica stabilita civilibus motibus finem fecerat, in novo codice jussu ejus edendo jus Romanum maximis laudibus ad coelum efferre idque sequi haud dedignati sunt, quod

69) Loi relative aux écoles de droit. Titre I. art. 2. — Organizacja notaryuszów i szkół prawa (auctore Xaverio Szaniawski) Varsav. 1807. 8. p. 32.

quod juste ac bene saepe numero *jus auxiliare, correlativum, suppletorium seu subsidiarium* codicis Napoleonis vocant, adeoque studium ejus etiam atque etiam commendant, quorum consilium ipse Augustissimus Legislator secutus, clara lege, ut jam memini, idem praecepit.

§. LI.

Videamus nunc rationem modumque studii juris Justiniane in Polonia culti: Jam Vladislaus Jagello, instituta academia Cracoviensi, inter alias disciplinam legum civilium praecepit, 70) quod praeceptum non solum academia Cracoviensis sed et caeterae posterioribus temporibus erectae religiose adeo observarunt, ut doctrina juris patrii usque ad tempora Stanislai Augusti regis fere plane neglecta fuerit.

§. LII.

Sufficiat testimonium Dresneri his opponere, qui vociferare non desistant, juris Romani studium ad intelligendas leges vernaculas minime esse necessarium, ex quo simul patebit, quam assidue jus Romanum magistri ejus Poloni ab antiquissimis temporibus coluerint: „Proinde etiam videre licet, temporibus illius sapientissimi regis (Casimiri Magni) aliorumque poste-

„rio-

70) *Herburii Statutum* tit. Schola Cracoviensis. Lubl. 1756. fol. p. 292. cf. et Duck l. c. §. XI.

riorum regum, plurima ex legibus Romanis desumpta et pene verbis earum reddita, in statuta regni Poloniae relata esse: ex quo elucet, ad jus patrium melius intelligendum juris Romani cognitionem nobilitati Poloniae plurimum momenti adferre.“ 71)

Ad propagandas litteras hujus juris doctissimi olim vocati sunt e Germania magistri, in quorum numerum refero Gundelium, Roizium, Hegendorffum et alios.

Maximo igitur studio et Poloni, quibus juris Romani disciplina nunquam erat taedio, doctrinam ejus colebant, ita, ut ipsi ex discipulis magistri facti, bene eandem docerent, inter quos Starowolski imprimis excelluit, quia industria nemini posterior, ingenio multis prior evasit. 72)

§. LIII.

Systema non quidem in disponendis materiis, sed totius doctrinae omnium perfectissimum, excogitata et limata quaelibet fere materia, philosophicae notiones rerum juris Romani tanti sunt momenti, ut iudices et jurisconsulti et in illis regionibus, in quibus, promulgato juris vernaculo

71) *Dresneri institutionum juris R. Vol. libri IV. en.* (Zamosci 1613.) p. 3.

72) *Simonis Starowolskii commentarius in IV libros institutionum juris civilis.* Cracoviae 1638. 8.

nacli codice, jus Romanum fuerit abrogatum, casu dubio ad ejus auctoritatem provocent, ex eoque consilia quaerant. In judiciis Borussiae, Austriae id saepe numero fieri neminem sane fugit, et, ni fallor, Francogallorum imperator, agnoscens juris Romani majestatem juris subsidiarii, vim tot seculis vi rationis, non principis jussu constitutam, tot seculis firmatam tollere noluit, quod ex hac lege concludo :

„Judex, qui sub specie	„Le juge qui refusera de
„deficientis legis, ob-	„juger, sous prétexte du
„scriptatis et insuffi-	„silence, de l'obscurité
„cientiae juris judicare	„ou de l'insuffisance de
„noluerit, denegati ju-	„la loi, pourra être
„dicii sit reus.“ Codex	„poursuivi comme cou-
Napoleonis. Tit. praec-	„pable de déni de justi-
lim. §. 4.	„ce.“ Code Napoléon,
	Titre préliminaire §. 4

O legem aequissimam et justissimam! O Legislatorem sapientissimum! Maxima pars articulorum codicis Napoleonis ex jure Romano est desumpta, persaepe ergo iudex ex hoc purissimo fonte haurire, consiliaque quaerere tehebitur. Opinionem hanc desuper epitheta juri Romano a clarissimis jurisconsultis Francogallis tributa (§. L.) affirmare videntur.

§. LIV.

Jus Romanum Justinianicum, cujus compilatores, quod lubenter concedo, non optimum ordi-

ordinem secuti, nonnullos, at paucos tamen errores commiserunt, habet nihilominus tantam prudentiam fere divinam persaepe praeceptis suis conditam, ut, quod experientia nos docet, semper legislatoribus, iudicibus, jurisconsultis hoc nomine honesto dignis primus fons esse debeat et nunquam abrogari possit. Exempla praebet Borussia, Austria et Francogallia.

§. LV.

In hac parte Poloniae, quae nunc Magnus Ducatus Varsaviensis vocatur, receptus est codex imperatoris Napoleonis lege fundamentalis, hujusmodi tenoris :

„Le Code Napoleon for-	„Codex Napoleonis esto
„mera la loi civile du	„lex civilis ducatus Var-
„duché de Varsovie.“	„saviensis.“

Titre IX. art. 69. statut constitutionnel du duché de Varsovie. —

Idem jus, eadem ratio docendi et discendi sit ergo Polonis, quam Francogallis. Praeterea autem, qui non leguleius vel legisciens sed verus jurisconsultus dici cupit, qui patriam amat, cui mores majorum sunt cari, noscere eum oportet jura patriae; turpe est enim, ea ignorare, quare aequae ad studium horum, ac ad cognitionem codicis Napoleonis ducit jus Romanum, cujus studiis cum repetita lectione historiae ejus cuilibet commendo, qui bona conscientia et ani-

mo aequo munera juridica in republica obire cogitat. Nos duae causae ad perdiscendum jus Romanum invitant, altera ex amore patriae profecta, cognitio juris patrii, altera ex rerum ordine proveniens, studium perfectum juris Napoleonis.

§. LVI.

Sunt quidem, qui asserant, juris perfectissimam cognitionem in praxi, sine ulla notione theoriae, nancisci te posse, quibus noli, amabo, auribus favere, jus enim est doctrina philosophica, quam, uti quamvis aliam, a priori non potesseris scire, sed perdiscere debeas. Describendo acta juridica, audiendo causas agentes jurisconsultos, atque judices eas decidentes, legendo denique scripta judicialia praxin aliquam utique te assecuturum fore non nego, sed nullo solido fundamento confisus, ignorabis titubans causas rerum, et sequeris in tenebris exempla aliorum, sciens formam rei, sed ignorans ejus materiam et causam. Melior via ducit ad metam, credas mihi, rogo obsecroque pro tua et patriae salute, studiose juris, theoria, qua cognita, praxin facile intelliges, quae nihil est aliud, nisi applicatio rei cognitae. Quomodo autem a te bene aliquid in jure actum fore putas, ubi tibi vera notio rei desit? Velim potius noscere rem jam exultam, quam experientia persaepe damnosa, saepe erronea eandem ipse excolere, ac sane non

non expedit, viam ad penetrale Themidis ferentem proprio ingenio detegere, quam jam detectam duce perito sequi possis.

Hinc quoque Francogalli abusum illum abolerunt, statuendo: ut, quicumque munus publicum juris ambire cupiat, absolutis studiis in scholis juridicis tradendis, varia examina subeat; item vetando morem perdiscendi jura in atriiis jureconsultorum. ⁷³⁾

§. LVII.

Jamque opus exegi, quod docti Francogalli verbis coram congregato senatu ad edendum codicem juris ab imperatore convocato prolatis concludam:

„Haec materia, uti et caeterae, quae vobis „approbationis causa offerentur, deteget, vobis „certo annuentibus, studium operamque piam, „quo omnes, quibus novi codicis edendi provincia data est, „legislationem populi istius „consuluerint, qui subjecto virtute atque armis „potestati suae fere toto terrarum orbe, hucusque eum regit, in suaque detinet ditione superioritate et vi rationis. Liceat mihi ergo errorem ignorantia divulgatum, quem ne socordia et inertia turpis communem reddat, extimesco, palam nunc proscribere, sunt nimirum

⁷³⁾ Organizacya notaryuszów i szkół prawa Tit. IV. §. 26.

rum, qui putent, cognitionem codicis civilis
 „jam reddituram jurisconsultum perfectum.
 „Non possumus saepe et multum, quantum rei
 „exigat, his in memoriam revocare, ut exem-
 „plum primorum magistratum, et jurisconsul-
 „torum sequentes jus ex purissimo fonte ex le-
 „gibus Romanis perquirant et discant, qui enim
 „munus honestum jurisconsulti aut judicis am-
 „bire cogitant, nullo alio modo, nisi indagando
 „et perscrutando monumentum illud aeternum
 „sapientiae et justitiae dignos se illo munere
 „reddituros sibi persuasum habeant,“ 74)

74) No. 48. Discours prononcé au corps législatif
 par le tribun Gary. (Dans les motifs au Code
 Napoléon.)



B-Nr 071691

[illegible]

Wojewódzka Biblioteka
Publiczna w Opolu

193 S



001-000193-00-0